



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>





<36612011440011

<36612011440011

Bayer. Staatsbibliothek






2<sup>o</sup> Syr. 135.

Philos.

Sister

(Philos. Theses. 267.)



J. Christoff Storer del.

Matthaeus Küsel sculpsit.



ad D. Franchi amboig. Ed. 53.

PHILOSOPHIA SACRO-  
PROFANA  
LOGICAM, PHY-  
SICAM, ET METAPHYSICAM  
DISPVTACTIONEM COM-  
PLEXA

*Quam*

ILLUSTRES AC GENEROSI DOMI-  
NI, DOMINI  
SEBASTIANUS FRANCISCUS,  
ET  
PHILIPPUS CONSTANTIUS  
GVILIELMVS,  
ECCLESIAE CATHEDRALIS AVGVSTA-  
NÆ, ET INSIGNIS COLLEGIATÆ ELVACENSIS  
CANONICVS, LL. BB. DE TASSIS, DOMINI  
IN ROHRENFELS ET SCHWABEN.  
DIESSSEN, &c.

P R A E S I D E  
FERDINANDO VISLER,  
SOCIETATIS IESV, PHILOSOPHIÆ  
PROFESSORE ORDINARIO.

*Publicè Disputationi proposuerunt*  
IN ALMA ET CATHOLICA VNIVER-  
SITATE DILINGANA.

*Mense Augusto ANNO MC. DC. LXIV.*

D I L I N G Æ,  
Cum facultate Superiorum. Formis Academicis.  
Apud Ignatium Mayer.



SERENISSIMO PRINCIPI AC DO-  
MINO, DOMINO

P. H I L I P P O  
G V I L I E L M O ,  
C O M I T I P A L A T I N O R H E -  
N I , D U C I B A V A R I A E , J U L I A E ,  
C L I V I A E , E T M O N T I V M , C O M I T I  
I N V E L D E N Z , S P O N H E I M , M A R C H I A  
R A V E N S P U R G , E T M Ö R S , D O M I N O  
I N R A V E N S T E I N , &c.

Dominō Suō Clementissimo.

**A** Parente nostro, cui in obsequijs Tuis nati sumus,  
SERENISSIME PRINCEPS, congenitam illi SERENI-  
TATIS Tuae Obseruantiam ac Venerationem, &  
cum Sanguine hausimus, non degeneres Filij, &  
nunc orbi palam facimus, nullius alterius nos *Solis radios am-  
bire*, quam cuius sub *umbra* viuimus. Sed ne obscurā alle-  
goriā, quod Germania vniversae notum cupimus, involva-  
mus, dum *Solem* loquimur, T E, SERENISSIME PRINCEPS, cuius  
*virtutem* admiramur, dīgīto notamus; dum *radios* dicimus,  
TUAM CLEMENTISSIME DOMINE, quam ambimus, *Gratiam*  
*intelligimus*; dū *umbram* nominamus, de *Potentia* TUĀ, cui  
Subditi sumus, sermo est OPTIME PATER PATRIÆ: certè v-  
nus ē nobis, quem proprijs manibus exceptum, ingenti be-  
neficio, ac inexplicabilis Humanitatis laude Sacro Baptis-  
matis

**E P I S T O L A D E D I C A T O R I A**

matis Fonti admouere dignatus es, vitam suam, non Terre-  
strem hanc, sed Gratia coelestem SERENITATI Tua debet,  
& debere se gaudet, ac gloriatur. Alter verò ita à Parente,  
tibi deuotissimo, institutus est, ut his annis, quibus Philosophicum  
cursum emetitur, non tam in hac arena sine san-  
guine depugnare didicerit, quam in cruento illo, umbrati-  
lique certamine, quo animis, non corporibus certatur, af-  
fuerit; si quando res ferret, & hostes Tuos, non iam cala-  
mo, sed armis adoriri, & sanguinem suum obsequijs Tuis  
devovere. Interim SERENISSIME PRINCEPS, libellum hunc  
Sacro-profanum Gloria Tua dedicatum, & sub umbra Tua  
prodeuntē Luce dignare Tua; nos quoque, quorum Pa-  
rens, Tua in ditione, Palatino sub Calo volebamus dicere,  
rerum fortunarumque suarum Sedem collocauit, clemen-  
tissime Tibi commendatos habe. Ita vouemus: Dilingz,  
**22. Augusti, Anno 1664.**

**SERENITATI VESTRAE**

*Devotissimi*

**SEBASTIANVS FRANCISCVS, & PHILIPPVS  
CONSTANT: GUILIELMVS, LL. BB. DE TASSIS.**



AD LECTOREM PHILOSOPHVM.  
SAPIENTIA ÆDIFICAVIT  
S I B I D O M V M.

Proverb. 9.

**S**ALOMON & Regum potentissimus, & Philosophorum omni atate celeberrimus Sapientiam diuinā in theatrum producit conseruentem sibi, in quam recipiat curiosos scholares, insolite pulchritudinis Academiam. Inuitaturus proinde totum, quā latē pater, terrarum orbem, ad Sapientia diuina lectiones frequentandas, ut magis alliciat, conuiuū remortalis periucunda, utitur allegoriā. Sapientia, inquit, ædificauit sibi domum, excidit columnas septem: immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Militancillas suas, vt vocaret ad arcem, & ad moenia ciuitatis, &c. Quis vero Regum sapientissime huius Academia extitit Architectus? Deus gloriosus Philosophi, qui huius mundi domū è nihilo ædificauit, distinxitq; columnis septem, quatuor videlicet elementis, & cœlis tribus, proposuitq; mensam, in quā apposuit conuiuū Angelis. & hominibus omnem creaturarum mundi ornatum splendidissimū, ut homo ex decore rerum visibilium in admirationem pulchritudinis Architecti inuisibilis exsigeret binis anima pedibus, intellectu, & voluntate. Aërem igitur diuersicolore altillum grege, maria & flumina natatili piscium turmā, quadrupedibus filias feris, & terras fœcundis replevit oleribus, ut mensa nunquam decessent, quibus se curiosamens exsatiareret, delicia: ne verò noctis in amœna tenebra conui-

A

nie

## A D L E C T O R E M

vis aspectum, gratiamq; ferculorum eriperent, per totam aulam, qua-  
qua versum faces sydereas è tabulato, quod cœlum est, suspendit; infe-  
rius etiam pavimentum ( terram intelligo ) auro stravit, gemmisque,  
qua concepto ab astris immisso lumine gratissima varietatis lucem in  
coniuinas reflectunt; ut nihil dicam de musicis aniculis, quas, ut sua-  
ui conuentu conuiuantium aures demulcerent, acciuit, nullo alio sa-  
lario, quam quod omnibus abundantem toto anno prouideat annonā  
omnipotens Architecti liberalitas. Conuiuio hunc in modū appara-  
to, misit ancillas suas, ut vocarent in uitatos ad arcem, domūmq;  
conuiuij. Ancilla ha, qua diuina ancillantur sapientia, scientia sunt,  
tam practica quam speculativa: ha ergo omnes in uitā animal ratio-  
nis capax, hominem ad notitiam rerum diuinarū; & licet aliqua carū  
in finum aule locum occupent, nec ultra sensus assurgant, gradū ta-  
men industrio scholari in secundā contignationē parant, quam scien-  
tia speculativa abstracta à sensibus incolunt propiores iam Deo, & di-  
uina Sapientia à cubiculis. In uitant illa te ad regiam mensam Philo-  
phe, quia iam parata sunt omnia, cā tamen conditione, ne sis tan-  
tum otiosus deliciarum spectator, quales fuere ethnici, quibus Christus  
Sapientia diuina ad coniuinas interpres, de mensa verò mea non  
gustabunt, interminatur. Sed ut comedas & bibas cum Sanctis, id  
est, ultra notitiam & nudum intelligentia aspectum, voluntatem pa-  
scas cibo devotionis, & vino latitia in diuinā Conditoris laudes erū-  
pentis. Hæc enim est vita æterna, ut cognoscant te Patrem, &  
Filiū, & Spiritum sanctum, Deum verum sine fuco, vnum sine  
compositione, & bonum sine defectu, & quem misisti Iesum  
Christum. Cum itaq; & Philosophia nostra diuina Sapientia à cu-  
biculis ancilletur, in uitat illa omnes auditores suos ad comedendū di-  
mensatam liberalis Patris familias huius uniuersitatis; propinat uberem  
materiā, quam internis anima labijs delibes, ut amore diuino ebruis-  
in laudes Architecti effundatur animus. Quot creaturarum essentias  
atq;

## P H I L O S O P H V M.

atq; proprietates perspicaci intellectūs acumine rimatur physica, totidem vocibus tibi acclamat, ut ex huīs orbis qualibet parte veluti vngue omnisciā Artificis potentiam conūcias, cognoscas, & cognoscendo ames, amandoque inebrieris. Neque Logica tam sterilis, atque exsūca est, ut non abundantem sūtienti salutem suam anima, fontem sufficiat piarum sanctarūmque cogitationum. Quoties enim terminos cogito, toties quatuor nouissima vita mea extrema mentem verberant, terrorēq; concutiunt; decē quoque predicamenta, totidem decalogi precepta ingerunt. Philosophus non es, si illa ignoras; si hac non obseruas, non es Christianus. Quid designis dicā? malatua peccandi consuetudo aperte me ducit in cognitionē aeterna damnationis secuturā; toties urceus in puteū descendit, ut aliquando mergatur, toties peccatorum actibus velictibus pulsas misericordiam Patris, ut tandem excutias fulmen Iudicis. Et hanc esse signū ex confuetudine, negabis? Viden igitur & Logicā diuina Sapientia ancillari, & Auditores suos ad conuiuium euocare, & non adeo ieiunam sacrarū cogitationū suggestere materiā. Quare ne mihi docenti, quod olim discenti Philosophiam, ut mox enarrabo, prima veritas in morte exprobret: Vocaui te per ancillas meas Logicam & Physicam, ut rerum naturaliū cognitione tanquā scala in conditoris notitiam, amoremq;, dulce anima conuiuiū, exsurges, & renuisti; propterea & ego in interitu tuo, quem per gradus superbia aliorumq; contemptus, ac desideria eorundē infamie, ac confusionis, lethalia vulnera anima, venenāq; charitatis mortiferatibimet è Philosophia ad inferos sternis, ridebo. Ne, inquam, Iudex Sapientia hoc mihi in morte obijciat: ad Logicam pergo, quæ mortis non timet ergo

Iuuenis studiosus (ut refert P. Ioannes Dominicus Ottonelli vir fide dignus & religiosus è Societate nostra) graui morbo oppressus tandem ad extrema deductus est. Inuisit agrotum, ut fieri amat, ipse Professor & Iuuenis, & Logica. Post varios hinc inde sermones, cum inter ce-

## AD LECTOREM PHILOSOPHVM.

tera Æternitatis mentio incideret, discipulum suū obtestatur Magister, ut Deo non inuito, statum sibi suū in altera vita post mortem referat. Moritur itaq; adolescens, & post paucos dies Magistro suo presentem se offert. Amictus umbra erat miserrimus, pileolum enim supra caput gestabat, qui exteriùs quidem innumeris paralogismis erat descriptus, interius verò acris flamma exedebat. Non cognouisset umbrā Praeceptor, nisi verba discipulum prodidissent. Ego, inquietus, sum ille tuus Philosophia Candidatus, & quod tibi iniucundum, mihi etiā intolerabile est, Eheu! damnatus: pileolum hunc doctoralem, quem supra verticem circumfero, quā coequales meos despexi, superbia imposuit, & turris instar immensum me nunc grauat, ac supprimit. Sed ignem respice, qui subitus circumquaque exastuans diffunditur. Ecce! flamma; heu! flamma, que continuo intima pectoris sine morte depascitur. ô luxuria! ô flama infernalis! tu mihi has voluptates crudelēs parasti, quia te perdiā iuuentus meā deperīt. Atq; utinam perirem, & saltē vos voracissimā flamma mei misereremini, & hos artus, hoc caput, hos pedes, manusq;, hanc miseram animā in puluerem redigeretis. Sed frustra sum: momentanea voluptas Æternitatem mihi pœnarum succedit. Tu verò, Magister, manum tuam huc affer, ut mea perditio sit initium salutis tuae. Quo dicto manui Praeceptoris uicam igniti sudoris sui guttam immisit, & dicto citius perforauit, qui insano pertusa manus dolore sauciis, poste aquā hāc suā plagā multorū animos persanauit; ipse quoq; ut eternos effugeret cruciatus, & schola & mundo, cui hucusque seruierat, valedixit, his versiculis in rei memoriam relictis.

Linguo coax ranis, cras coruis, vanaque vanis

Ad Logicam pergo, que mortis non timet ergo

Ita ille: ego autem idem mihi carmen, atque Philosophis meis occino.

Ad Logicam pergo &c. Quanam verò hac Logica? inquis, Tolle, & lege.

DISPV-

DISPUTATIONIS LOGICÆ.  
PER  
COGITATIONES PROFANO  
SACRAS PROPOSITÆ.

PROLEGOMENA



**O**CIA M, quam nunc dilectionem quoque vocamus, à mente, seu intellectu & ratione, quæ Græcis λόγος dicitur, sic appellatam communiter definiunt antiqui. Quod sit *ars dirigendi mentem in cognitione rerum*. Quæ descriptio, seu definitio Logicæ practicæ, si intelligatur eo sensu, quo ego eam definiui, juxta mea principia in conclusionibus Logicis tradita, tolerari potest. Genus ergo Logicæ practicæ est *ars non mechanica, & manualis illa versans circa materiam externam & crassam, sed interna ac mentalis; habet enim & anima suas operationes, non secundum ac ipsum corpus, & suas quasi manus intellectum videlicet, & voluntatem, quibus actiones manuum imitantur, aut potius hæc actione suâ illius motus exprimunt, ac simulatur.* Differentia Logicæ ab opere desumenda est, sicut omnium aliorum habituum, & potentiarum differentiarum; nam potentia visiva differt ab auditiva, quod huius opus sit auditio, illius visio; & sutoria differt à sartoria, quod hæc circa pannum, illa circa corium diuersimodè adaptandum versetur. Porro quodlibet opus duabus constat partibus realiter, aut ratione no-

strâ distinctis, quarum una obiectum materiale, obiectum formale altera appellatur. Ut patet in exemplis allatis: nam corium & pannus sunt obiecta materialia, ipsa vero figura panni & corij obiecta formalia sunt. Sic quoque Logicas opus recte cognitum esse, loco citato probavimus, cuius una pars sint res ipsæ cognoscendæ, & quidem obiectum materiale, altera vero pars, & obiectum formale, ac forma operis sint ipsæ cognitiones rebus per regulas Logicas, conformandas; quæ omnia cum fusæ in conclusionibus Logicis pertractauerim, hic loci repetere superseedeo. Illud tantum aduertendum est, animam nostram post lapsum Adæ non quidem absolutè facultatem intelligendi perdidisse, tres tamen inde intellectus morbos contrahisse, quibus lumen rationis si non extinguum, certè perquam obscuratum est, ac debilitatum; quorum primus est confusio in rebus recte apprehendendis cum debito ordine inter se ac connexione; alter consistit in errore judicij, quod negat affirmanda, & affirmat, quæ negare oportet; tertius est ignorantia proprietatum, aliorumque prædicatorum: hisce tantis vulneribus intellectus nostri dum per regulas suas succurrit Logica,

gica, dicitur, mentem dirigere non tantum ad verum à falso discernendum, sed ad omnes cognitiones rebus ipsis rectè conformandas. Etsi enim aliaz scientiaz ut Physica, Mathesis, Theologia imbuant intellequum variâ rerum cognitione, Physica quidem naturalium omnium, Theologia verò supernaturalium, & sic de alijs; Sine Logicâ tamen, quaz ostendit modum recte cognoscendi, seu cognitiones rebus conformandi in genere, id efficere in particulari, nunquam potuissent. Proinde differt hæc ab illis, quod aliaz disciplinz habeant pro obiecto suo res solas, Logica verò versetur circa res & cognitiones, quas per suos aëus seu regulas reflexè attingit Atque hinc licet cuilibet subsumere Logicæ finem esse cognitionem quam optimè rebus, hoc est, esse secundò intentionale rerum, earundem esse reali conformare, quod cum contingat per definitiōnem, quaz ipsamnet essentiam, ac natūram rei explicat, certum mihi est, Logicæ finem esse definitionem, ad quam proinde omnia refert, quodque nihil aliud est, quam definitionem esse, ut RR. loquuntur, obiectum attributionis Logicæ. Ecce! habes in compendio, quaz fusè alibi de obiecto materiali & formali Logicæ, nec nō eiusdem obiecto attributionis, ac principalitatis disputauimus.

Cæterum ut omnis scientia & ars, ita quoq; Logica acquiritur naturâ, doctrinâ atq; vñsu: natura, seu ingenium præ-supponitur in discente; vñsus eidem committitur, qui in Logica & scientijs speculatiuis habetur per circulum & scriptiōnem, quod pluribus ad finem cogitationis sacronouaz I. indicatur. Doctrina Logicæ hîc & nunc tradenda est,

cuius methodicè tradendæ principium est recta diuisio non aliunde profecto in artib; quām ab obiecto, vtpote cùm ei ars destinata sit, & ex eo nata, penteenda. Est autem, ut diximus, obiectum formale Logicæ cognitionis, seu mentis operatio, ea in tres gradus iam à primis melioris Philosophiæ temporibus fuit distincta. Prima mentis operatio est terminorum apprehensio, quā nihil affirmatur, aut negatur. Altera judicium immediatum, propositio, ac enuntiatio dicuntur, per quam nimirum intellequus immediate componendo aut dividendo aliquid enuntiat; tertia denique discursus est, quo vnum ex alio infertur. His tribus mentis operationibus totidem Logicæ partes correspondent; mihi quidem nunc placet tribus cogitationibus profano antiquis de terminis agere, nam vnam cogitationem sibi termini definitio, ac inde consequens diuisio vendicat, quia verò nihil utilius ad rectam rerum omnium apprehensionem efformandam serie decem prædicamentorū excogitatum est, ideo hæc quoque per tabulas proponenda, & cùm sine notitia vniuersalium intelligi nequeant, horum explicatio omitti non debuit, proinde secundâ & tertîâ cogitatione circa diuisiōnem termini in celeberrima ac vulgatissima duo membra realem ac secundò intentionalem versabimur; quarta deinde cogitatione profana secundam mentis operationem, & quintâ tandem syllogismum pulcherrimum ingeniij Aristotelici monumentum explicabimus, eius artificium per lumine naturæ evidentia principia demonstraturi; singulis porrò his cogitationibus aliam sacronouam subiçimus è profanâ nimirum

tum deductam, quam sacrā quidem idēo appellamus, quia obiectum eius san-  
Qum est, nouam autem ob applicationē  
nouam: Cæteris quæ contra hanc nouam  
Thesum vulgandarum methodū Leōto-  
ri occurunt, ad finē, si videbitur satisfa-  
ciemus. Interim illud prætermittendum  
non est, non tam meā sponte quām a-  
liorum voluntate ad has Theses confi-  
ciendas adactum me esse. Potuisse enim  
minore labore, atque incommodo  
neglectis cogitationibus sacris, solas pro-  
fanas afferre in Philosophiam speculati-

nam meditationes, nisi Perillustris fami-  
liæ, cuius tanta in Provinciam nostram  
ac vniuersam Societatem extant bene-  
ficia, placito obsecundandum fuisset.  
Certè vt illa splendore Natalium, & o-  
pum potentiâ cum reliquis certat, ita  
Pietatem indiuiduam facinorum Peril-  
lustrium, ac Heroicorum comitem sem-  
per coluit, vt ipsam etiam Philosophiam  
non amauerit nisi sanctam, & Aristote-  
lem defēdere aliter noluerit, quām Chri-  
stiana sacra edocēt.

## IN PRIMAM MENTIS OPERATIONEM.

### LOGICÆ ARISTOTELICÆ.

**N**ON aliud bis Thesibus scribendum mibi de Philosophia profana proposui, quām quod literis philosophicus vel obiter tinctus intelligere debet, ignorare vix potest; nam quæ altioris considerationis sunt, in minore forma Logicarum Conclusionum ti-  
sulo prodierunt in lucem; ubi ex certis propositis fundamentis conclusiones deduximus & sub-  
tilitate suā non tritæ, & difficultate non leues, daturi fauentibus Superis pari conatu o-  
lim conclusiones Physicas & Metaphysicas. Proinde ne mireris amice Lector, si infra in-  
genium tuum sint haec Cogitationes; scribimus enim omnibus, vt hoc saltem folio querulas  
illas aliquorum compescamus linguis, Philosophiam nimia subtilitate inutilem esse reddi-  
tam. Ego quidem, ut bis minimè assentior, ita procul sum ab illorum opinione, quibus  
nihil, quod facile est, utile videtur.

### COGITATIO PROFA- NO ANTIQVA I.

*De terminis in Genere & in  
specie.*

**Q**UANDOQUIDEM Terminus pars  
propositionis est, antequam illius  
naturam explicemus, huius rudē  
conceptum præscire juuat. Est itaque  
propositio aliquod totum, quod habet

tres partes; sicut nimirum Homo est to-  
tum constans anima corpore, & vinculo  
intra corpus & animam; ita propositio  
habet prædicatum & subiectum, ac co-  
pulam, seu nexum subiectum inter &  
prædicatum, quæ vocantur extrema, seu  
termini propositionis, eo ferè modo,  
quo anima & corpus extrema seu termi-  
ni hominis dici possunt. Nam si tollas  
medium vinculum, quo anima conglu-  
tiatur corpori, remanebit anima &

B 2 corpus;

corpus; si scribas hæc verba ex. g. Petrus est doctus, deleasque medium τὸ εἶ, remanebit τὸ Petrus & τὸ doctus. Ecce! termini seu extrema propositionis scriptæ, Petrus, doctus, quod cum proportione etiam de propositione vocali, ac mentali intelligendum est.

### Terminus in genere.

**E**X diuisis clarum est, terminum binā definitione explicari posse, videlicet quod sit *extremum*, in quod *resolui* potest *propositio*, aut quod sit *extremum* potens componere propositionem. Posterior definitio placet, displicet prior; nam, licet, soli conueniat definitio, nulliq; conueniat non definitio, non propterea bona est, & essentialis definitio. sicut si definitias hominem, quod sit animal rūibile, distinguis eum quidem ab omni non homine, definitio tamen essentialis non est, quia licet habeat genus & differentiam, allata tamen differentia non est primaria, sed tantum secundaria, atque adeo mera proprietas hominis; nam potentia ridentis oritur à potentia ratiocinandi, quæ est reliquarum potentiarum radix in homine, & propterea primaria eiusdem differentia. Sic pari ratione, qui terminum definit cum Summulistis, quod sit id, in quod *resolui* potest *propositio*, affert secundariam differentiam termini; nam componere propositionem posse, est aliquid prius, quam posse *resolui*, sicut disiunctio duorum presupponit eorundem coniunctionem, ita & dissolutio eorundem compositionem. Veluti ergo nemo facile dixerit, commodè definiri hominem à Physico, id, quod *resolui* potest in animam rationalem, & corpus, sed *Homo* est

*compositum ex corpore & anima*: nullā profectò aliam ob causam, quam quod prius sit componere, constitutere, quam *dissolui*, *resolvi*, &c. Sic à pari terminus in communione non deberet definiri id, in quod *resolui* potest *propositio*, quia hoc prædicatum essentialie non est, & quod inde sequitur, definitio, quæ data est per tale prædicatum, non est essentialis. Cæterum malum dicere, Terminum esse extremum potens componere propositionem, ut aperte innuerim, etiam extra propositionem dari terminos propriè diuersos, de quo alioquin controuertunt summulistæ.

### Quotuplex sit Terminus.

**N**aturâ termini sic explicatâ, varijs i. psius diuisiones ac subdiuisiones aferemus.

### D I V I S I O I.

**P**rimò enim dividitur terminus in subiectum & prædicatum propositionis. Est autem subiectum id, de quo aliquid dicitur affirmatiuè, aut negatiuè.

Prædicatum verò id, quod dicitur de altero, v.g. *Paulus est Martyr*. Ecce nō *Martyr* est prædicatum, quia dicitur de Paulo; & *Paulus* est subiectum, quia est id, de quo dicitur, quod sit *Martyr*.

### D I V I S I O II.

**D**ividitur terminus secundò in mentalem, vocalem, scriptum, & obiectuum. Mentalis est *extremum* propositionis, quæ est cognitio, vocalis verò & scriptus, hic quidem est *extremum* propositionis scriptæ, ille verò ore prolatæ. Obiectum denique horum terminorum,

id

id videlicet, de quo cogito, loquor, aut scribo, est terminus obiectus.

## DIVISIO III.

**D**ividitur tertio in terminum significativum, & non significativum (loquimur de termino vocali.) Significatus terminus est vox instituta ad aliquid significandum. v. g. vox *Homo*, *Lapis*, *leo*, *terra*, &c.

Terminus non significatus est vox non instituta ad aliquid significandum. v. g. *blitris*, *scindapsis*, &c.

Dices: nō *Nihil*, *nemo*, non significant aliquid, quia significant nullam rem, ergo non sunt voces institutae ad aliquid significandum, & consequenter non sunt termini significatiui. Respondetur. non significant aliquid positivum, concedo, non significant aliquid negativum, negant: & consequentiam.

## DIVISIO IV.

**T**erminus alias est categorematicus, seu categorema, & alias syncategorematicus, seu syncategorema.

Terminus categorematicus dicitur, qui per se aliquid significat in propositione, id est, qui solus potest ponи in propositione tanquam subiectum, aut praedicatum. v. g. *Homo currit*; Ecce! nō *Homo* sine alio adiuncto est subiectum istius propositionis. Terminus vero syncategorematicus est, qui se solo, seu nullo alio adiuncto termino ex parte praedicati aut subiecti, non potest esse praedicatum aut subiectum, hoc enim est, per se nihil significare in propositione, v. g. *Hominis*, *Petri*, *ferme*, *absque*, *velociter*, &c. ac *vniuersum*

omnes casus obliqui, adverbia, præpositiones, coniunctiones, & similia, sunt syncategoremata. Termini mixti nullus est unus. Cæterum terminus categorematicus alias est abstractus, alias concretus, alias absolutus, alias relativus, alias simplex, alias complexus, communis, & singularis, primæ & secundæ intentionis, uniuocus, & quiuocus, analogus, oppositi, &c. quæ subdivisiones, quantum necesse est, breviter referendæ sunt. Proinde sit

## SUBDIVISIO I.

*Termini Categorematici.*

**S**ubdividit ut ergo primò in concretū & abstractū: Ille est, qui subiectum & formam significat, v. g. *album*, nam *albus* exponitus non habens albedinem. Ecce! subiectum & formam; res habens est subiectum, siue deinde sic *murus*, siue *lac*, siue *Cygnus*, &c. quia est id, quod denominatur *album*. At verò *albedo* est forma, quia est id, quod tribuit denominacionem; nam res dicitur alba propter albedinem. Sic *Humanitas* est forma huius concreti *Homo*, quia Petrus dicitur *Homo* propter *Humanitatem*. Porro terminus abstractus est, qui solam formam significat. vt *albedo*, *Humanitas*. Quod si forma sit in subiecto, dicitur terminus concretus intrinsecè denominans. v. g. *album*, *cognoscens*, *doctum*. Si verò forma sit extra subiectum, appellatur extrinsecè denominans v. g. *Cognitum*, *volitum*, *amatum*, quia amor est extra subiectum, rem videlicet amatam, & sic de alijs. Denique si forma sit partim intra, partim extra subiectum, denominatio quoque dicitur partim intrinseca & partim extrinseca.

**seca.** Vti sunt in aliquorum sententia  
*Pater, verum, coexistens, &c.*

### S V B D I V I S I O II.

**S**Vbdividitur secundò in terminum absolutum & relatiuum. Terminus relatiuuus est, qui significat aliquid, prout habet ordinem aut connexionem cum alio. Ut *Pater, dominus, simile, creatura, discipulus, &c.* Terminii hi dicuntur connotatiui, illud verò quod connotant, seu cum quo habent connexionem, quam significant, connotatum appellatur. Terminus absolutus est, qui significat aliquid non exprimendo ordinem aut connexionem cum alio. v. g. *DEVS, homo, lapis, &c.* Licet enim realiter *Devs* sit Creator, & *homo* essentialiter sit creatura, adeoque realiter habeant connexionem cum alio, hæc tamen connexionio non exprimitur per nomen *DEVS, homo, leo, &c.* sunt ergo termini absoluti.

### S V B D I V I S I O III.

**I**N terminum simplicem seu incomplexum, & terminum complexum. Terminus simplex est, qui ex alijs terminis categorematicis non est compositus v. g. *Homo, Paterfamilias, creatura DEI.* Tametsi componatur ex partibus, quæ sint termini syncategorematici. Terminus complexus verò est, qui ex pluribus terminis categorematicis est compositus v. g. *animal rationale, res publica.*

### S V B D I V I S I O IV.

**I**N terminum primæ & secundæ intentionis. Terminus primæ intentionis est, qui rem aliquam ab intellectu inde-

pendentem significat. v. g. *lapis, leo, Angelus &c.* Et alius Terminus secundæ intentionis est, qui significat rem & cognitionem rei. v. g. *uniuersale, species, genus, predicatum, subiectum &c.*

### S V B D I V I S I O V.

**I**N terminum formalem & obiectuum. Prior etiam subinde dicitur terminus *ut quo*, posterior terminus *ut quod*. Terminii formales sunt ipsæ cognitiones, obiectui sunt ipsa obiecta cognitionum. Quod diligenter aduertendum ad alias æquiuocationes dissoluendas. Nam si quis eam regulam bonæ definitionis, *definitio debet esse clarior definitio intelligere de termino & definitione obiectiva, ridendum se doctioribus proponeret, cum nihil possit esse clarius seipso. Intelligenda ergo est de definito & definitione formalí, hoc est, conceptum definitionis, seu conceptum definientem debere esse clariorem conceptu definiti realiter à priori distincto, quod est verissimum, v. g. cognitione, quæ dicit animal rationale debet esse clarior, quam sit cognitione, quæ dicit Homo.*

### S V B D I V I S I O VI.

**A**lius terminus est singularis, qui solum conuenit vni individuo. v. g. *Petrus, hic Homo, hoc animal.* Alius Communis, qui conuenit pluribus vt *homo, animal.* Est autem terminorum communium altius vniuersicus, quando videlicet significat plura, non exprimendo eorumdem inter se diuersitatem, v. g. *lapis, leo.* Et alius æquiuocus, qui significat plura, exprimendo eorum inter se diuersitatem. v. g. *gallus respectu galli avis, & hominis, Canis*

*Canis* respe<sup>ctu</sup> stellæ & animalis; hæ e-  
dūm voces sunt institutæ ad eam diuersi-  
tatem, quā inter se differunt *Homo Gallus*  
& *avis gallus*, significandam, quod non  
est factum in voce *animal* aliisque, nam  
licet hoc quoque significet valde diuer-  
sa, mere tamen materialiter, neque est  
institutum vt illas vltimas animantium  
differentias significet. Et alius tandem  
analogus, qui est quidem institutus ad  
plurimi diuersitatem significandam, ve-  
luti terminus *vniuersus*, ita tamen, vt ex-  
primat aliquem corundem inter se ordi-  
nem ac conuenientiam qualemcumque.  
v. g. *sanum* significat & medicinam & ci-  
būm & colorē & animal, quæ omnia di-  
cuntur sana. Ecce diuersitatem! dicun-  
tur autem sana à sanitate, eò quòd medi-  
cina sit causa sanitatis & color eiusdem  
effe<sup>ctus</sup> &c. Ecce ordinem & conueni-  
entiam! Sed de his hoc loco plura dicere  
non conuenit, eò quòd difficultate suâ o-  
biter doctum turbare possint, ac soleant.

## S V B D I V I S I O VII.

**O**ppositi termini sūt quadruplices. A-  
lij dicuntur relatiui, quorū vñus est  
ad aliud vt *Pater*, ad filium, *seruus* ad do-  
minum. Alij contrarij, qui pugnant ra-  
tione eiusdem subiecti vt *calor* & *frigus*,  
*virtus* & *vitium*, sūntque duæ formæ po-  
sitiuæ. Alij priuatiui, quorum vñus est  
forma positiva, & alter priuatio illius for-  
mæ v. g. *visio*, *cacitas*, *vita*, *mors*. Contra-  
dictoriij denique, quorum vñus est ens  
positiuum, alter eiusdem negatio. Vt *vi-  
sio*, *non visio*. *Lux*, *tenebre*. *Homo*, *non Homo*.  
Differt autem priuatio à negatione, quod  
illa sit exclusio & absentia formæ in sub-  
iecto apto, vt est absentia visionis in ocu-

lo; negatio autem sit omnis alia exclusio  
& absentia formæ v. g. *absentia visionis*  
in lapide, qui non est subiectum aptum  
visionis. *Absentia mundi* ante eiusdem  
produktionem, quo casu nullum erat  
subiectum neque aptum neq; ineptum.  
Et hæc de terminis categorematicis dicta  
sufficient. Sunt quidem aliae quoque  
principales termini divisiones in quin-  
que vniuersalia & decem prædicamenta,  
sed de his alius erit dicendi locus; sūnt-  
que termini alij positivi, ac negatiui &  
reales, finiti ac infiniti, sed partim ex di-  
ctis de termino categorematico, partim  
ex dicendis de termino syncategorema-  
tico intelligi possunt.

De Termino Syncategore-  
matico.

**N**aturam & essentiam termini synca-  
tegorematici superiùs explicauimus,  
quòd nimirum sit vox significativa, quæ  
se solâ non potest esse prædicatum aut  
subiectum propositionis. Vt sunt aduer-  
bia, casus obliqui, &c. Quia verò aliquo-  
rum syncategoretatum notitia Philo-  
sopho summè necessaria, ideo eadem  
hoc loco referemus. Dicemus itaque, &  
breuiter, quis sensus sit, quando audimus  
*denominatiuè*, *materialiter*, *formaliter*, *con-  
cretiuè*, *specificatiuè*, *reduplicatiuè*, *personaliter*,  
*simpliciter*, *distributiuè*, *collectiuè*, *disuum-  
etiue*, *disunctum* & sic de alijs.

*Materialiter*, *formaliter*,  
*essentialiter*.

**M**aterialiter accipitur concretū, quan-  
do ponitur subiectum in recto, for-  
ma autem in obliquo. v. g. in hac propo-  
sitione

sitione *album est dulce tam subiectū quām prædicatum accipiuntur materialiter seu denominatiūc; atque adeo allatæ propositionis sensus est : res babens albedinem est res babens dulcedinem.*

Formaliter accipitur concretum, quādo forma sumitur in recto, & subiectum in obliquo v. g. *album est color.* Propositio hæc falsa est, nisi sic exponas, *albedo in subiecto est color.* Ecce ! formam ponis in recto, & subiectum in obliquo, quod est concretum sumi formaliter.

Essentialiter tandem sumitur concretum, quando & materiale & formale significatum, hoc est, & subiectum & forma in recto concipiuntur. v. g. *album est ens per accidens.* Quæ propositio falsa est, nisi hoc modo explices : *murus & albedo sunt ens per accidens*, nam nec sola albedo, nec solus murus in recto est ens per accidens seu totum accidentale, cùm albedo non sit totum, & murus sit totum substantiale, vt ergo verum sit album esse totum per accidens, utraque pars in recto debet importari.

### *Specificatiūc, reduplicatiūc.*

**I**N sensu reduplicatiuo sumitur terminus, cui additur particula reduplicativa, quales sunt, quā, quatenus, ut, prout, in quantum, quoad &c v. g. *Christus quā homo est mortalis.* Sensus est ; Christus est mortalis, Christus est Homo, & Humanitas Christi est causa seu ratio, cur sit mortalis. Ecce n̄ Christus accipitur in prædicta propositione primò reduplicatiūc, quia aliqua pars Christi, nempe Homo, propter particulam reduplicatiuum repetitur. Sumitur secundò etiam formaliter, quia accipitur pro forma videlicet

pro Humanitate, quæ in explicacione ponitur in nominatiuo. Tota enim propositiō, *Christus quā Homo est mortalis*, licet possit explicari per tres propositiones, vis tamen illius potissima consistit in tertia propositione, nimirum in hac, *Humanitas Christi est causa cur sit mortalis.* Ecce ! n̄ Homo ita explicatur, vt Humanitas ponatur in nominatiuo, quæ est forma huius termini, adeoque accipitur Homo in sensu formalis, quod in plerisque propositionibus reduplicatiuis fieri solet : vnde terminum reduplicatiūc sumi, est eundem quoq; formaliter accipi, non tamen ècontra. Cæterūm specificatiūc sumitur terminus, quando accipitur materialiter, quem terminum syncategorematicum supra explieauimus.

### *Distributiūc, collectiūc, disiunctiūc, disiunctiūc.*

**P**Otest vox aliqua accipi vel pro suo significato, vel pro se ipsa si secundum, dicitur supponi, aut supponere materialiter. v. g. *Homo est dissylabum sonus*, habens quatuor literas &c. Si primum, tunc vel accipitur pro suo significato secundo intentionaliter sumpto, & supponitur simpliciter, v. g. *Homo est uniuersale, species, predicatum &c* vel accipitur pro suo significato primò intentionaliter sumpto, v. g. *Homo est animal, Petrus currit,* & supponit personaliter, quod quatuor modis fieri potest in propositione.

Primò *distributiūc* seu *uniuersaliter*, quando terminus communis accipitur pro singulis inferioribus suis *copulatiūc* enumerandis, v. g. in hac propositione : *omnis homo est animal*, vox homo supponitur distributiūc, quia sic explicatur : &

Petrus

Petrus est animal, & Paulus est animal, & sic de reliquis. Ecce per particulam ET connectantur integræ propositiones, & semper repetitur copula EST. Hoc autem est inferiora copulativa enumerare.

Secundo collectiæ. Quando inferiora termini communis copulativa enumerantur. v. g. Omnes Apostoli sunt duodecim sic explicari debet: & Petrus & Paulus cum reliquis sunt duodecim. Ecce discrimen inter terminum distributiuè & collectiuè sumptum. Hic enim reperitur quidem coniunctio ET, non tamen copula EST, esset enim falsa propositione, si dicere, & Petrus est duodecim, & Paulus est duodecim.

Tertiò disiunctiæ seu determinatæ, quando inferiora termini communis disiunctiæ, id est, repetitæ particula VEL, & copula EST, enumerantur, v. g. aliquis Logicus est doctus. Sensus est: vel hic Logicus est doctus, vel ille Logicus est doctus.

Quarto disiunctiæ, seu indeterminatæ ac confusæ, quando inferiora termini communis disiunctiæ, hoc est, repetitæ quidem particula VEL, non tamen copula EST, enumerantur. In quo conuenit suppositione disiuncta cum collectiva, sicut in contrario suppositione determinata concurret cum suppositione distributiva. Exemplū suppositionis indeterminatæ est, quando dicas: aliquis oculus est necessarius ad videndum. Sensus est: vel oculus dexter, vel oculus sinister est necessarius ad videndum.

Quæres: quod sit primarium discrimen inter suppositionem disiunctam & disiunctivam. Respondeo, suppositione disiunctivam semper verificari circa aliquid determinatum, ita ut saltem D & vs

sciat, quod membrum, & quæ pars per propositionem disiunctivam enumerata sit vera, v. g. aliquis homo currit, etiam si ego nesciam, quis hominum currat, si tamen vera est propositione, D & vs saltem nouit, quis currat. At in suppositione disiuncta, neque Deus scit, in quo membro verificetur propositione, & propterea suppositione disiuncta vocatur indeterminata, & confusa. Ratio à priori est, quia suppositione disiunctiva significat aquum, vel aliquid necessarium, ea autem quæ sunt necessaria, & quæ sunt aqua, sunt determinata, neq; à Deo ignorari possunt, quia hæc ignorantia manifestam inuolueret imperfectionem. Econtra suppositione disiuncta significat necessitatē potentiarum, quæ necessitas potentiarum, si sit necessitas potentiarum determinatarum, duo dicit, primum ipsam potentiam, secundò absentiam alterius & qualis potentiarum; quod posterius, quia semper deest propositioni disiunctarum, semper etiam deest necessitas potentiarum determinatarum, quia deficiente parte deficit totum. Quid autem mirum, si Deus non possit dicere huius potentias esse determinatam necessitatem, si nulla est determinata necessitas.

Cæterum ut noscas, quando terminus sumatur distributiuè aut disiunctiuè &c. sequentes aduerte regulas. I. Regula: omnē subiectum propositionis universalis affirmatiæ sumitur distributiuè seu distribuitur. II. Nullū prædicatum propositionis universalis affirmatiæ distribuitur, seu explicatur distributiuè. III. Omne prædicatum propositionis affirmatiæ supponit disiunctiuè seu determinatè. IV. Subiectū & prædicatum propositionis universalis negatiæ distribuuntur. V. Prædicatum propositionis particularis ne-

**gatiæ semper distribuitur. VI.** Si prædicatum significat numerum, tunc subiectum accipi debet collectiū. Alia quæ de suppositione hoc loco addi possent, ut breuitati consulamus, consultò prætermittimus.

### *Virtualiter, formaliter, Eminenter.*

**E**xprimitur his tribus terminis syncategorematicis, quomodo effectus præcontinetur in causa, atque illud cōmune omnium axioma verificetur, *Nemo potest dare; quod non habet*, videlicet vel eminenter vel formaliter, vel virtualiter. Itaque

*Formaliter* continetur effectus in causa, quando prædicatum, seu perfectio, quæ inest effectui, sub eodem conceptu continetur in causa. v. g. quando ignis generat ignem, prædicatum seu formalitas ignis sub eodem conceptu ac nomine prædicatur tam de igne A producente, quam de igne B producto.

*Eminenter* dicitur effectus præcontineri in causa secundum aliquam perfectionem suam, quando ejusmodi prædicatum ac perfectio, sub eodem nomine ac conceptu non potest dici de causa, sed tota perfectio illius demptis imperfectionibus reperitur in causa atque adeo nobiliore modo, quam in effectu. Sic in Deo v. g. non continentur formaliter prædicatum homo, leo, animal, sensituum, &c. quia non possunt sub hoc conceptu prædicari de Deo; continentur tamen eminenter, & meliore modo, depurata videlicet ab omni imperfectione, cui extra Deum

identificantur, quamque vi impositionis expressè significant.

*Virtualiter* demum dicitur effectus secundum aliquod prædicatum, aut perfectionem præcontineri in sua causa, quando neque formaliter neque eminenter præcedit in causa; aliunde tamen nobis constat de virtute causæ huiusmodi effectus produciuâ, qui idcirco dicitur præcontineri virtualiter in causa. Sic causæ æquiuocæ sol v. g. in multorum sententia virtualiter præcontinet aurum seu æquivalenter.

### *Actu & Potentia.*

**A**ctu res dicuntur esse, quando existit. Potentia vero, quando nondum quidem existit, potest tamen existere. v. g. Logici non sunt aqua Magistri Philosophiæ, sunt tamen potentia; ita omnis effectus, antequam producatur, dicitur esse in potentia causarum, id est: causæ habent potentiam illum producendi. Est autem alia potentia remota, alia verò proxima. Potentia remota est, cui adhuc aliquid deest ad productionem effectus. Proxima, cui nihil deest ad effectum producendum.

### *In actu primo, & in actu secundo.*

**A**ctus primus coincidit cum potentia, de quâ immediatè ante egimus: & sicut illa est vel remota vel proxima, ita eodem sensu actus primus causæ, aliis est remotus, & aliis proximus. Actus secundus non est distinctus ab actione effectus produciua.

*Effen-*

*Essentialiter, necessariò,  
contingenter.*

**D**Effentia rei alicuius est, quod ponitur in definitione ipsius. v. g. *animal* est de essentia hominis & *rationale*, quia homo definitur *animal rationale*. Est autem aliud essentiale intrinsecum seu pars, & aliud essentiale extrinsecum seu connotatum. v. g. Deus est creaturæ essentiale connotatum, non autem pars, licet ponatur in eiusdem definitione. Conueniunt igitur pars & connotatum, seu essentiale intrinsecum & extrinsecum, quod utrumque explicitè ponatur in definitione; differunt autem, quod pars immediate, connotatum verò mediata tantum in definitione ponatur. Quid sit autem immediate aut mediata ponit in definitione in nostris conclusionibus Logicis. Concl. VII. de Concretis fuscè explicavimus.

*Necessariò* conuenit alicui, quod quidem non est de essentia; nihilominus tamen ab eo, cui conuenit, naturaliter saltem non potest abesse. Sic calor in certo gradu necessariò conuenit igni, & frigus aquæ, & visibilitas homini, & alia quæcunque proprietas sive essentia.

*Contingenter* tandem conuenit, quod naturaliter potest abesse & adesse, seu quod neque est de essentia rei, neque necessarium. Hoc modo, contingenter videlicet, conuenit homini esse *doctum*, *album*, *pium* &c.

*Ut quo, ut quod.*

**H**is terminis syncategorematicis frequenter utimur. Subinde quidem *ut quo idem* sonat ac secundariò, *ut quod*

autem primariò. nam dicimus animam esse formam hominis *ut quod*, & materialia esse principium totius *ut quod*, & rationale esse differentiam *ut quod*. Econtra verò, rationem esse tantum formam, partem, & principium *ut quo* totius in seculo, hominis &c.

In alio sensu dicitur res illa se habere *ut quod*, cui ut indifferenti attribuitur aliqua denominatio ab alio non indifferente, sed determinante, quod deinde dicitur se habere *ut quo*. In exemplis res erit clara. Atima v. g. intelligit *ut quod*; ecce! id, quod est indifferens ad intelligere, dicitur intelligere *ut quod*. Intellatio verò & ipsa cognitio, quae tollit animam indifferentiam, dicitur intelligere tantum *ut quo*. Pari modo extrema hominis, corporis & anima vniuntur *ut quod*, unio verò vnitur extremis tantum *ut quo*. & sic de alijs.

*Realiter, formaliter.*

**R**ealiter duplicum sensum habet; sensu enim idem est, ac independenter ab intellectu, quo sensu omne illud est ens reale, quod non est cognitio. In alio sensu etiam cognitio est ens realis, quando videlicet accipitur pro quaunque re extra causas posita, nam utique cognitiones actu existentes sunt extra suas causas positas, atque adeo in hoc sensitiva realia; quod diligenter aduentendū, ad varias æquivalencias tollendas.

*Formaliter* seu dependenter ab intellectu, ac ratione nostra, opponitur enti reali, in primo sensu. Vnde quando quæris, sintne idem Iustitia & Misericordia diuina. Respondemus cum distinctione: sunt idem realiter, concedimus, sunt

**i**dem formaliter, negamus. **S**ensus est, quod conceptus Iustitiae diuinæ non sit cōceptus Misericordiæ, ad cōque dependenter ab intellectu, & nostro modo concipiendi non sint idem, licet ita dependenter ab intellectu sunt adæquatissimè idem.

*P*redicari in quid, in quale,  
in quale quid.

**P**rædicari in quid est prædicari per modum essentie, seu, ut summulisti loquuntur, illud prædicatur in quid, quod responderemus interroganti, quid est *egregius*, Quarenni enim quid est homo; responderemus, est animal. Ecce! animal prædicatur in quid, quæ prædicatio semper est essentialis, quia prædicatum semper est de essentia subiecti. Prædicatio vero in quale non semper est essentialis; est enim duplex; videlicet in quale essentialis, seu in quale quid, & in quale accidentalis. Priori modo prædicatur differentia, posteriori modo proprium & accidentis, sed de his consule *Summulista*.

*Specie, & numero differre.*

**S**pecie differunt, quorum essentia seu natura est notabiliter diversa. Vnde porro cognosci debeat hæc notabilis diversitas, non est idem omnium sensus, nam aliqui arbitrantur ea specie differre, quæ iuxta prudentium estimationem specie differunt, qui si in hoc iudicio acquisescant, (sit verbo venia) prudentes non sunt, vt in conclusionibus Logicis de specie & differentia fund. 2. ostendimus. Sed huius fori non est, illa, ut potest subtilliora ac difficiliora, referre; proinde ut oportet capiant, quorum essentia seu natu-

ra sit notabiliter diversa, dico eorum, quorum definitiones sunt dissimiles. Sic *bomo* & *Æthiops* & *bomo albus* quæ homines non sunt specie diversi, quia habent eandem definitionem scilicet *animal rationale*, & in nullâ aliâ definitione differunt. E contra *leo* & *homo* differunt specie; *leo* enim definitur, *animal rugibile*, & *homo* *animal rationale*, quæ definitiones sunt valde dissimiles. Quod mediocriter donec sufficiat ad intelligenda, quæ de quinque prædicabilibus docemus, si plura sciente desideras, vide conclusiones nostras loco citato.

## COGITATIO NOVO SACRA I.

### *De Terminis in Genere & in Specie.*

- I. *Homo est propositionis Logica.*
- II. *Huius propositionis termini sunt corpus & anima.*
- III. *Corpus quidem est subiectum.*
- IV. *Animam vero est prædicatum.*
- V. *Prædicatio innaturalis est, quando corpus prædicatur, nobiliorem occupando locum.*
- VI. *Quatuor nouissima sunt reliqui termini prædictæ propositionis.*

**Q**uemadmodum, ut supra vidiimus; Propositiones habet partes, ita & tu p[ro]p[ri]e-

Philosophus, & ego, ac hominum quilibet ex subiecto constamus praedicato & copula. Corpus quidem anima aut subiectum, aut posterum subiecti, velut ancilla domini. Ecce subiectum! anima vero aduenit posterum in utero materno iam disposita tamque (ut loquuntur Philosophi) informata. Vide formam! Neque copula, aut vinculum deest, non quidem identicatis, nam possunt separari, sed quod unionem physicam appellant. Quâ resoluta per seipsum, remanent termini corpus & anima; corpus quidem sepulchro abditum, anima subinde inferno se pelitur. siccine separas amara mors?

Neque adeo absolum est, aut videri debet, corpus potius subiectum, & animam praedicatum, quam vicissim compellari. Quid enim? si homo uniuersi huius quoddam compendium est, in quo Cælum est mens ipsa, seu spiritus, & anima rationalis, sol deinde, qui microcosmum luce suâ animat, sit intellectus, Lumen mutabilis vices volubilis voluntas subeat, Saturni typum gerat phantasia, Ioui iudicium, Marti corraspondat appetitus irascibilis, concupisibilis vero Venerè imitetur, Mercuriūque ingenij referat facultas, sanguis denique aquæ, igni Bili, pulmo spiritu attractio aeri, offa vero faxis, & montibus, terræque caro proportionentur. Vide, quam prudenter agas Philosophus, animam carni dum subiectis, & terram supra Cælos turpi statuis errore.

Quam vellem, ut mihi scribenti adfissent in praesentia, ac errorem suum speclareret iij omnes, qui quanto peiores Christiani, tanto deteriores sunt Astronomi, dum animam corpori & Cælum terræ subiecti sunt. Quid agitis inepti? an terra Cælo imminet? aut Cælum terræ incumbit?

num hæc ab illo, aut Cælum à terrâ patitur? Quid ergo malefani immortalem animam, quam Cælum est, corpori, quod cinnis & puluis est, subiectis? Nam vos, qui uniuersi huius sistema, dum viuitis, in hac vita subuertitis, post hanc quoque vitam inuersum migrabitis in orbem; ubi animam vestram, quam terrenis voltutibus indignâ sorte subiectis. Ulrix Iustitia terrâ concludet, ut Cælum sit post obitum eo loco, quo illud habuistis in terrâ, infimo nimirum terræque subiectum, orco videlicet conclusum.

Inuertite ergo, quam malum Astronomi fecistis, meliores Philosophi propositionem, & dum animam carni, praedicatum subiecto, quod innaturale est, subiectis, mutantibus nunc ordine, hanc illi supponite, ut naturalis sit praedicatio, dum subiectur id, quod aptius est subiecti, caro nimurum, & praedicatur, quod aptius est, praedicari, nobiliorumque obtinere locum, anima videlicet. Sub te erit appetitus tuus, Et tu dominaberis illius. Gen. 4.

Cæterum praeter subiectum & praedicatum alij adhuc termini sunt, quorum notitia magis situtur Philosophia Christiana, quam suis nisi possit Aristotelica. Proinde prætermitti eorum declaratio nec debet, nec potest. Diximus autem, terminum esse extreum propositionis, hominem etiam entificationi comparavimus: quare extrema hominis, extrema quoque sunt, illius de qua agimus, propositionis. Subsumo: atqui tot sunt extrema hominis, quot nouissima (non audes negare), & nouissima sunt quatuor, ut pueri in plateis decantant; quatuor ergo sunt extrema, & quod inde sequitur, quatuor termini allatae propositionis.

Prauideo, inquis, neque inuito iam mihi.

michi persuades, notitiam horum quatuor terminorum esse in primis utilem ac etiam necessariam ad proficiendum in Philosophia sacra. Ita est, Philosophie Christiane: ut ad eximiae virtutis apicem quo te manu dicit diale<sup>c</sup>tica sacro noua, pertingas, ut Cælum Beatorum regiam, cuius tibi claves suggerit hæc Logica, subeas, nihil horum terminorum firmâ apprehensione opportunius, nihil importunius corundem aut ignorantia turpi, aut obliuione infelici. Memorare nouissima; ait diuina Sapientia, *& in eternum non peccabis*, aut quod idem est, virtutis culmen conscendes, Cæli atrium omni temora submotâ tibi patet, ingredere.

Sed D E V M immortalem! quam labilis est memoria nostra Philosophi; nihil frequentius sensibus occurrit quatuor nouissimis, &c, quæ nostra incuria est, nihil facilius pudēdā obliuione sepelimus. Transcunt quotidie præter oculos nostros elata cadauera, quæ mortalitatis oblitum respicere iubeant ad mortem, nos autem in mediâ strage morientium tanquam immortales nihil timūs, quam nos quoque, etiam si diu vixerimus, breui morituros esse, cogitamus. Totâ æstatis prænuncia imminentis iudicij tonitrua audimus, ominosa irati Iudicis fulmina intuemur, & perhorrescimus: & tamen veluti nunquā iudicandi ijsdem constanter peccatis Iudicis iram in vitia nostra armamus. Si lis nobis moueretur de vacca, aut equo, causam nostram quouis die, horis singulis, ac penè momentis animo reuolueremus, omnia illam verba loquerentur, nec quidquam laboris aut curæ, ut pro nobis index pronuntiaret, subterfugeremus; extremo autem iudicio, è quo pendet beata aut miseranda Æterni-

tas, impendente, ridemus, peccamus, perimus. ô dementiam!

Neque hic gradum silit aut stultitia nostra, aut malitia, etiam inferni memoria, tanquam somnij aut umbræ, animo facilè elabitur, neque Cæli recordatio, quod sol de die radijs suis veluti digitis, ut suspicias, notat, de nocte quoque syderum chorus sperare iubet, animum nisi quam rarissime subit, aut, ut verius dicam, præterit. Et tamen post mortem, quæ plerosque incautos ferali iEtu præoccupat, vel intersuperos lætandum, vel cum inferis, ô miser! ciulandum est. Duo sunt termini, inquit Cæsaritus Arelatensis, nibil est medium, duo sunt: aut enim in Celum ascenditur, aut in infernum descenditur. Nos sumus mediis inter hæc duo, sursum est Cælum, deorsum infernus; supra caput æternitas, infra pedes æternitas utrinque æternitas. Hic rerum omnium vanitas. Vide quid eligas, semel male elegisse, æternum perisse est.

Porro ut melius in semel coepit Logica proficiatis Philosophi, illud vobis literatissimi Caietani dictum in mentem reuoco; *circulus & scriptio*, inquietabat, me fere docet. Idem ergo vobis occino: circulus æternitatis, & calamus memoriarum, quæ in mente vestra hunc circulum describatis, facient vos huius diale<sup>c</sup>tice peritos. Alijs ego idipsum verbis expressi, quando meos olim institui: qui cum laude, inquietbam, Philosophiæ operam narrare vult, annotet dubia, quæ scrutanti sua scripta occurront, & sedulò atq; constanter cum coequali repetat, necesse est. Idem enim verò de noua hac Logica prouincio: dubium est Philosophie, an sis odio, aut amore dignus; Nota: incertum est, an sis perseveraturus in gratia, Nota bene:

bene: nescis quā horā, quo die, quo momento, sis ex hac vita ad præmium bonorum operum, aut delictorum supplicium euocandus; diligenter hæc tibi in memoria tua conscribe, erit harum annotationum magna tibi in concertatione utilitas. Adest enim fallax & illaqueans mundus, pomum tibi aureum offert, si dereliquo vero Dao tuo adoraueris Mammonam: graue argumentum Philosophi, ubi aurum & argentum mediū sunt. Viderit antecedens sat bonum, at pessima latet consequentia; facilius est, inquit diuina sapientia, camelum per foramen acūs introire, quām diuitem intrare in regnum Cælorum. Accedit subdola caro, ac suauius animum tuum blanditijs, & voluptatum illecebris pulsat, nisi vir es, expugnabit. *Comedamus & bibamus*, argumentatus illa, *cras enim moriemur*. Quid tu adhæc? admittis præmissas, crapulam & veneras voluptates; at Quid est, infaccaberis ab infernali sophista dæmone. Contradic ergo carni, nega, quām male fecit consequentiam; non co-

medamus, responde, *non bibamus*, cras enim moriemur. Memorare nouissima, terminos Logicæ tuæ, recole notata. momentaneum quod delectat, aeternum quod cruciat, & viciisti.

Alterum deinde medium facilius in Philosophia proficiendi diximus esse circulum, seu repetitionem. Ea igitur, quæ semel bene didicisti, ne tam citò effluant, fortiusque labili memoriaz affigantur, constanter repece; rectè apprehendisti quatuor vitæ tuæ terminos mortem incertam, certum iudicium, &c. Faquam bene, sed memorare, ac repece. Certa tibi est illa primæ veritatis conclusio: *nil prodest homini uniuersum mundum lucrari, anime verò sue detrimentum pati*. Repete: Quid prodest homini momentaneâ voluptaculâ potiri, & in aeternum post hanc vitam apud inferos cruciari. Repete: Quid prodest homini ad honorum apicem eniti, ac deinde eò grauiore casu, quò altiore, in tartara præcipitem ferri. Repete iterum, iterumque verissimam hanc propositionem.

## COGITATIO ANTIQVO PROFANA II.

*De Uniuersib[us].*

**M**ultis modis dicitur aliquid esse uniuersale, videlicet in causando, quod nihil aliud est, quām causa una diuersos potens producere effectus, quo modo *DEVS* est uniuersalis in causando. Aliud deinde est uniuersale in significando, vox videlicet una aut signum institutum, ut plura significet. Aliud præterea est uniuersale in representando, cognitio v.g. unica plura distinctè representans. Aliud denique in essendo & prædicando: Priora non sunt ad rem hoc loco; posteriora duo examinantur in Philosophia profana. Proinde & nos primò de uniuersali in genere; deinde de quinque eiusdem speciebus ita loquemur, ut memores simus instituti nostri, quo animum obfirmavimus, nihil nos subtilioris cogitationis, nam omnibus scribimus, in medium esse allatueros.

*Vniuersale in Genere definitur.*

**V**NIERSALE in essendo est *vnum aptum inesse multis*. Econtra vniuersale in praedicando definitur, *vnum aptum predicari de multis*. Ex vtraque definitione aperie colligitur, duas esse vniuersalis partes, vnitatem videlicet, & multitudinem, de quibus paulo post plura dicemus. Interim sciendum est, quod eadem partes sint vniuersalis in essendo, ac praedicando, adeoque realiter non sunt distincta; differunt tamen formaliter, seu ratione nostra, quia vniuersale in essendo explicatur ad esse, vniuersale vero in praedicando concipitur ad non cognosci. Sicut ergo rationalitas & risibilitas, et si realiter idem sint, ratione tamen differunt, eo quod aliter explicetur risibilitas, & aliter rationalitas, haec ad actus ratiocinandi, illa ad risum actualem; ita pari iure ratione different vniuersale in essendo, & praedicando, dum hoc per cognosci, seu esse intentionale, illud per esse reale explicatur. Vnde etiam vniuersale in praedicando, Logicum dicitur, quia de praedicationibus agitur in Logica. Vniuersale vero in essendo, metaphysicum appellatur, quod de ente ac esse rerum reali tractetur in Metaphysica. Ceterum ad declarandam magis naturam vniuersalis.

Dices 1. Implicat contradictionem, vt eadem res sit vna & multiplex, v. g. eadem natura humana. Haec enim si esset vna, & multiplex, esset vna, & non esset vna, quae est evidens contradictione; ergo implicat vniuersale paulo ante definitum. Respondeo cum distinctione antecedentis: implicat contradictionem, vt eadem

natura humana sit vna & multiplex sub eodem respectu, à parte rei videlicet, concedo antecedens. Implicat, vt eadem natura sub diverso respectu sit vna, & multiplex, vna nimirum extrinsecè, seu formaliter, & multiplex intrinsecè, seu realiter, & secundum esse reale, nego antecedens, & nego consequiam.

Dices 2. Ponamus vnam albedinem supernaturaliter inesse tribus muris. Hoc posito, albedini huic conueniret definitio vniuersalis, esset enim vna, & prærea inesset multis, tribus videlicet muris; ergo prædicta definitio conuenit alicui non definito, quis autem dixerit, in casu posito dari vniuersale. Respondeo, non sufficere ad vniuersale, vt sit vnum & multa quomodounque, sed requiri, vt id, quod est vnum, insit illis multis per identitatem, quo modo albedo illa non inest tribus muris, quia cum illis realiter non est identificata, cum de quolibet possit negari. Vnde etiam rosarium non est vniuersale, quod ioco subinde rudioribus obijci solet; nam funiculus licet unus sit, & globuli multi, adeoque partes rosarii sint vntas funiculi, & multitudo globulorum, funiculus tamen non inest globulis per identitatem, quod est de essentia vniuersalis.

Dices 3. Natura diuina est vna, & praedicatur de multis de Patre, & Filio, &c. quibus verè inest, & quidem per identitatem, neque tamen natura diuina est vniuersale, ergo adhuc definitio vniuersalis conuenit alicui, quod non est definitum. Respondeo cum distinctione antecedentis: natura diuina inest multis, ita vt ipsa natura diuina multiplicetur, quod tamen est de essentia vniuersalis, nego ant. inest multis absque eo, quod ipsa natura multiplice.

tiploctyp, concedo aut. & nego consequiam.

Dices 4. Vbi sunt diuersæ definitio-  
nes, sunt diuersæ essentiaæ rerum ; sed v-  
num inesse multis, & vnum prædicari de  
multis sunt diuersæ definitiones, ergo et  
iam sunt diuersæ essentiaæ rerum ; ergo  
falsum est, idem vniuersale vtraque alla-  
tæ definitione definiiri. Respondeo distin-  
guendo maiorem : vbi sunt diuersæ defi-  
nitiones, sunt diuersæ essentiaæ obiectuæ  
nego, formales concedo maiorem, &  
concessâ minore distinguo consequens:  
vniuersale metaphysicum & vniuersale  
logicum habent diuersas essentias for-  
maliter concedo, realiter seu obiectuæ  
nego consequiam.

### De Vnitate & multitudine, partibus vniuersalis.

**M**Ultitudo vniuersalis sunt ipsa infe-  
riora v. g. Petrus, Paulus, Ioannes,  
ceteraque humanaæ naturæ individua.  
Vnitas vero vniuersalis cum non possit  
esse realis, repugnat enim, vt idem sit rea-  
liter independenter ab intellectu vnum,  
& multa, debet esse intentionalis, adeoq;  
vnitas vniuersalis est cognitio præcisia,  
seu confusa individuorum, de qua vide  
*Concl. V. in Conclus. nostris Logicis de uniuer-  
sali in genere.* v. g. vnitas huius vniuersalis  
bomo est cognitio confusa, Petri, Pauli, Io-  
annis, reliquorumque, non distinguens  
inter prædicta naturæ humanæ inferiora.  
Neque dicas; ad vniuersale requiri, vt v-  
nitas insit multitudini per identitatem,  
cognitionem autem, cum non insit inferiori-  
bus per identitatem, non posse esse vnitam  
eiusdem. Nam nunquam dixi, re-  
quiri ad vniuersale, vt vnitas insit per i-

dentitatem multis, sed id, quod est vnu, debet inesse multis per identitatem, que longè sunt diuersa, vt patet consideranti.  
Ceterum cognitionem confusam esse u-  
titatem vniuersalis eleganter hinc erup-  
potest, quod duplex sit esse cuiuslibet rei,  
videlicet esse reale & esse intentionale,  
cum ergo repugnet inferiora esse vnum  
secundum esse reale, proferre debent es-  
se vnu per esse intentionale, nam nullum  
esse præter intentionale & reale nullum  
supererit.

### Quotplex sit vniuersale.

**P**otest quidem aliter fieri diuisio v-  
niuersalis, quam de facto sit instituta,  
vt p̄ ab ipso P. Izquierdo in pharaco scien-  
tiarum acriter contendit, hanc tamen  
ab omnibus communiter receptam diui-  
sionem bonam quoque esse, duplice præ-  
sertita congruentiam suademos.

Primo quidem hoc modo: tot sunt præ-  
dicabilia, quot modis res potest prædicari,  
sed quinque modis potest prædicari  
potissimum, ergo quinque sunt prædica-  
bilia. Minor explicatur: vel enim vni-  
niuersale prædicatur essentialiter, & tunc  
si prædicatur in quid de pluribus specieis  
differentibus est genus, v. g. homo est ani-  
mal, brutum est animal. Si vero prædica-  
tur de pluribus tantum numero differen-  
tibus est species. v. g. Petrus est homo. Quod-  
si prædicetur in quale quid, est differen-  
tia, v. g. Petrus est rationalis, sensitivus,  
&c. Ecce! tria prædicabilia habentur ex  
prædicatione essentiali. Vel non prædi-  
catur essentialiter; & tunc si necessario  
non tamen essentialiter res aliqua prædi-  
catur, habetur propterea quartum præ-  
dicabile v. g. Petrus est xiphoides, admirati-  
us

nas &c. si nec essentialiter, nec necessariò, sed tantum contingentē p̄dicator, habetur accidens quantum p̄dicabile. v. g. Petrus est doct̄us, albus. Ecce! quinque p̄dicabiliā.

Eiusdem diuisionis bonitas alterā congruentiā sic suadetur. Totum reale ex quinque quasi partibus componitur, sed intellectus per cognitionem abstrahitā imitatur esse rerū reale, ergo etiam quintuplex est abstractio intellectus proportionata quinque membris, quae interueniunt in producione totius realis.

Toti itaque physico primò inest materia, deinde forma, tertio & vel maximè compositum ex materiā & formā, quae tria insunt essentialiter. Præterea etiam insunt toti reali proprietates, & accidentia non quidem essentialiter, sed necessariò, vel contingentē. His quinque membris proportionantur V. universalia. Et genus quidem habet se, ut materia, seu ut pars materialis, & indifferens ad hanc, vel illam speciem ratione nostrā, sicut materia realiter est indifferens ad hanc, vel illā formam. Differentia è contra assimilatur formæ, quia per differentiam contrahitur genus ad certam speciem, animal v. g. quod est indifferens ratione nostrā ad hominem aut brutum, per rationale contrahitur ad hominem. Sicuti forma Physica, forma ignis v. g. facit, ut materia potius constituit ignem, quam aquam, &c. Species autem assimilatur toti composite, seu essentiæ; nam veluti totum compositum esse entiale hominis componitur ex materia & forma physica, ita species includit materiam & formam metaphysicam, genus videlicet, & differentiam; proprium denique & accidens universalē assimilantur vel maximè proprietati-

būs, & accidentibus esse realis, quod vi-  
teriori explicatione non indiget.

### De Genere.

**G**enus logicè sumptum definitur unū p̄dicabile de pluribus specie differentiis in quid. In hac definitione genus est nō p̄dicabile de pluribus, quia in hoc conueniunt omnia p̄dicabilia, reliquæ particulae differentiam generis explicant. Quid sit autem p̄dicari in quid, & specie differre, ad finem cogitationis profanæ & suprà exposuimus.

Genus metaphysicè acceptum est unū aptum inesse multis specie differentiis tanquam pars materialis. Huius definitionis genus est nō unum aptum inesse multis; nam in hoc conueniunt omnia p̄dicabilia, reliqua vocabula differentiam generis à specie, ceterisque p̄dicabilibus explicat, quia solum genus p̄dicatur ut materia, seu pars materialis essentiæ. Animal v. g. inest suis inferioribus homini, bruto specie diversis non ut tota essentia, quod patet, cum sit tantum pars definitionis, quam bruti aut hominis essentia explicatur: sed non est pars formalis, quia non determinat ex conceptu suo & ratione nostrā id, cui inest, ut potius sit homo, quam brutum; ergo tantum est pars materialis, indifferens videlicet ratione nostrā, non constituit hominem aut brutum; sicut marmor realiter est indifferens ad hanc, vel illam figuram, rotundam, aut quadratam. Differt denique per eandem definitionem genus à proprio & accidente, quia nec proprium neque accidens insunt, ut pars materialis illi, de quo p̄dicantur, ut patet.

Dividitur genus in supremum, infi-  
mum,

num, & intermedium. Quæ diuisio supponit ordinem quandam, seu seriem generum, in quibus alia sunt inferiora & alia sunt superiora. Dicuntur autem superiora, quæ magis sunt universalia, quia extenduntur ad plura. Inferiora autem vocantur, quæ minus sunt universalia, quia ad pauciora extenduntur. v. g. in praedicatione substantiæ hæc series generum est: *substantia, corpus, vivens, animal.* In quâ *substantia* genus est superior, quam *corpus*, quia universalius illo, substantia quippe ad omnes substancialias etiam spirituales extenditur; Corpus vero duntaxat ad substancialias corporeas. Similiter *corpus* genus superior est, quam *vivens*, & *vivens*, quam *animal*, quod respectu hominis est infimum, *substantia* vero summum, *vivens* deinde & *corpus* genera sunt intermedia. Aliæ diuisiones generis vel tam uitæ non sunt, aut ex hucusque dictis intelligi possunt, quare omittendæ fœsunt, quod etiam in sequentibus praedicabilibus obseruabimus.

### De Specie.

**S**pecies definitur, *predicabile de pluribus solo numero differentibus.* Quæ est definitio speciei logicæ acceptæ; metaphysicè si sumatur definiri potest: *unum apud eum esse multis solo numero differentibus tanquam tota essentia.* Per quas uitimas particulas differt præcipue à genere & differentia, quandoquidem utrumque praedicatur ut pars essentiae, non autem ut tota essentia, quod supra explicauimus.

Diuiditur species 1. in *predicabilem*, & *subiçibilem*. illius definitio proxime est allata; hæc nihil aliud est quam *id, quod immediatè subiçitur generi in linea predicationis mentali.*

Diuiditur 2. In speciem subalternam & infimam. Species *infima*, seu *atomæ*, quæ etiam *specialissima* vocatur, est, quæ ita subiçitur generi, ut non habeat sub se alias species, seu alia individua specie diversa v. g. *homo* est species infima in praedicamento substantiæ; ita enim homo est species animalis, ut non possit praedicari de specie diversis, sed tantum de differentiis numero v. g. de *Petro, Paulo, &c.* Species *subalterna* est, quæ habet sub se plures species & plura individua specie diversa v. g. *animal* est species subalterna, quia habet sub se *leonem, hominem, &c.* quæ specie differunt. Vnde aduentandum est, speciem subalternam esse simul genus & speciem, sed respectu differentiis; nam respectu generis est species subiçibilis, respectu inferiorum, de quibus praedicatur est genus v. g. *animal* est simul species *vivens*, & genus *hominis*.

### De Differentia.

**D**ifferentia secundum considerationem metaphysicam est *universalis diuisiunis generis* & *constitutum speciei tanquam pars essentiale formalis ac determinativa, v. g. rationale diuidit animal, quod est genus, & constituit hominem, qui est species.* Nam animal diuiditur in rationale & irrationalis, & homo definitur, quod sit animal rationale.

Differentia iuxta considerationem logicam est *predicabile de multis specie vel numero differentibus in quale quid.* Per particulam in quale differt differentia à genere & specie, quæ non praedicantur in quale seu adiectiue. Per particulam in quid differt à proprio & accidente, quæ non praedicantur in quid, seu essentialiter.

F 2

Quod

Quod Aristoteles expressit definiens differentiam id, per quod species abundat à genere, seu id, per quod species excedit genus, non realiter, sunt enim omnes gradus metaphysici in eodē supposito identificati, sed ratione nostrā. Insinuat ergo Philosophus differentiam advenire generi, & consequenter illi nō esse essentialem, nec eiusdem constitutivam. Quare dicitur differentia praedicari in quālē seu adiectu, non quidem respectu specierum, de hac enim predicatur in quid, sed respectu generis, adeoque differentia nō est de essentia generis, licet sit de essentia speciei; sicut forma physica etiam sit de essentia compositi, non tamen est de essentia sua compactis, videlicet materia prima.

Diuiditur differentia primò in communem, seu accidentalem, propriam, & propriissimam, seu essentialēm. Nam qualibet res homo v. g. tribus modis differt à quolibet alio. Primò per accidentia, quorum aggregatum in quolibet individuo tale reperitur, ita ut in nullo alio simile reperiatur, sed hæc differentia est mere accidentalis. Secundò homo differt ab omnibus alijs per proprietates, v. g. per risibilitatem, sed hæc quoque differentia non est essentialis. Tertiò denique differt homo ab omnibus alijs per rationalitatem, quæ cùm sit differentia essentialis, vocatur differentia propriissima: hoc autem loco sola hæc ultima differentia essentialis, & propriissima definitur. nam propria ad quartum, accidentalis verò ad quintum prædicabile spectat.

Diuiditur secundò in differentiam infinitam, & subalternam quæ diuisio ex simili diuisione speciei superius explicata intelligi potest.

Diuiditur tertio in numericam, quam nimirum datur inter individua eiusdem speciei, & specificam, per quam una species aut genus differt ab altero.

### De Proprio.

Proprium quarto modo, quod solūm hinc definimus, est unum apud multis non quidem essentialiter, sed tamen necessariò & conuertibiliter. Logicè vero unum apud multis in quale ne cessariò & conuertibiliter. Addidi conuertibilitem ut definitio soli proprio quarto modo coueniat, alias enim conueiret quoque proprio secundo modo. Itaque

Diuiditur proprium in sensu latissimo in proprium primo modo, secunda, tercia, quarto modo.

Primo modo proprium est, quod inquit uiduis alicuius generis aut speciei solius quidem, non tamen omnibus conuenit v. g. esse musicum, esse logicum conuenit solis hominibus, sed non omnibus.

Secundo modo propriū dicitur, quod omnibus, & semper, sed non solis conuenit, ut esse bipedem, seu à natura habere duos pedes.

Tertio modo proprium est, quod conuenit omnibus, & solis, sed non semper, v. g. ridere actu, agitu flere.

Quarto denique modo proprium est, quod omnibus & solis, ac semper conuenit, v. g. esse risibile, seu habere potentiam ridendi respectu hominis, quod etiam super tam metaphysicè quam logicè definiuimus. Alijs porro adhuc modis diuidi posset proprium, sunt enim aliæ proprietates realiter distinctæ ab essentia, aliæ realiter indistinctæ: & ex prioribus non nullæ naturaliter, aliquæ verò tantum super-

pernaturaliter separabiles ab essentia.  
Quæ tamen omnia ex alibi dictis haud  
difficulter intelligi possunt.

*De Accidente.*

**A**ccidens est unum aptum contingenter inesse multis subiectis specie vel numero differentibus. Dixi contingenter, hoc est, non essentialiter, nec covertibiliter necessariò, per quod distinguitur à reliquo quatuor praedicabilibus, quorum prima tria insunt essentialiter ijs, de quibus praedicanter; quartum vero prædicabile licet non insit essentialiter, in quo conuenit cum accidente, inest tamen necessariò, & conuertibiliter, per quod discrepat ab accidente, quod licet subinde necessariò insit, v. g. *albedo*, *cygno*, & *nigredo* coruo, non tamen conuertibiliter, quia licet verum sit, quod omnis cygnus sit albus, non tamen è conuerso, omne album est cygnus; & hæc de definitione accidentis, metaphysicè specificati.

Accidens logicè consideratum est unum aptum contingenter predicari de multis specie vel numero differentibus subiectis. Quid intelligatur per nō contingenter, paulò ante sufficienter est declaratum.

Diuiditur accidens in separabile, & inseparabile. v. g. *doctrina*, *albedo*, *pietas*, sunt accidentia separabilia hominis, quia homo sine his naturaliter potest existere. E. contra *albedo*, respectu *cygni*, & *nigredo* respectu carni, si saltem naturaliter essentia corui & cygni ab illis separari non potest, dicuntur & sunt accidentia naturaliter inseparabilia. Nunc ad sensum spiritualem transca-

mus.

*COGITATIO NOVO S A C R A II.**De Universalibus in specie.*

- I. *Genus tibi à Deo est, noli degenerare.*
- II. *Species ab Adamo, quid superbis?*
- III. *Differentia à Christo; vide ne differas.*
- IV. *Propriū bonis virtus, malis vitium. Fac bonum, & declina à malo.*
- V. *Accidens est infernus, qui potest sine subiecti interitu abesse & adesse. Absit.*

*Genus à D E O.*

**Q**uod sit Genus tuum queris (inquit ele- ganter S. Ambrosius) audi dicentes, oportere nos querere illud diuinum; in ipso enim vivimus, & sumus & mouemur, sicut quidam vestrum, inquit, dixerunt, cuius & genus sumus; secundum hoc genus feminemus, sed non in carne, sed in spiritu. Non enim carnalia, sed spiritualia seminare debemus; qui ad vitam peruenire volumus eternam, Que sit autem similitudo non ignoras, qui ad imaginem & similitudinem DEI factus es. Herba generi respondet suo, tu non respondes tuo generi? tritici granum sparsum terre generis sui gratiam reddit, & tu degeneras?

Acerbe ergo deploranda est segnities nostra, & ignavia Philosophi. GENUS diuinum sumus, patris nostri imaginem datur,

G

turæ , & cordi impressam circumgestamus; quid à tam antiquo & præclaro sanguine degeneres sordida ac turpia ignobilis carnis opera exequimur. Duplex quidem genus ducimus, à patre alterum, alterum à matre, formauit enim Deus hominem de limo terræ. Ecce ! mater tua Philosophæ. Mater ergo limus est ; at limus ex terra , & terra è nihilo. O nobilis à matre progeniem ! *a via terra est, proavia nihil*. Fortè consanguineos iasas. Audi Philosophum præclarum: *putredini dixi, mater mea, soror mea veribus.* O illustrem sanguinem ! vt quid igitur superbis terra & cinis ?

Cæterum ut sanguine materno vilius nihil, nihil abiecius est, ita stirpe paternâ nihil excelsius , atque illustrius cogitari potest. Pater è cælo Deus est, è cælo Frater Iesus Christus, è cælo affinis Spiritus Sanctus, è cælo Mater Virgo Deipara, è cælo Consanguinei cædem stirpe paternâ progeniti Angelici spiritus, è cælo nutrix, Misericordia; è cælo Pœdagogus, Lex diuina; è cælo denique proles, opera meritaria.

### *Species ab Adamo.*

**S**I aut nullus in lucem hanç mortalem unquam editus esset homo , aut intra orbitam primæuę iustitiae se continuisset, nesciret orbis terrarum monstrum illud horrendum, ingens, quod superbiam, aut ambitionem appellamus. Homo igitur superbiam, quam nemo eum docuit, didicit, & ambitionem, quam hucusque ignorauerat natura , docuit idem sibi met magister ambitionis & discipulus, alium enim superbiaz imitatorem non reperit ; puduit scilicet, naturam irrationalē dis-

cere, quod non erubuit, natura rationalis facere. O turpitudinem ambitionis! Si asinum videres, aut murem inter cætera suæ speciei individua regimen sibi ambiere, nunquid linguam altos in cachinos effunderes? næ tu maiore risu dignus es, qui inter æqualia eiusdem speciei individua discrimen facis. Nulla hoc te docet Philosophia, cuius effatum irrevocabile est, *Quacunque sunt equalia uni tertio sunt equalia inter se.* Audi diuinam sapientiam omnes ab uno ( ad Heb. 2. ) homine, qui cæterorum omnium mensura est. Plus carnis ac putredinis nutrit gigas pygmaeo, non plus hominis ; massâ lutea colorata superat Cræsus Codrum , non homine: plus ventosæ vanitatis circumfstat ambitione tumidus, ne micam animalis rationalis habet, quâ alios eiusdem speciei excedat, quantumuis fastuosè se circumspiciens alios tanquam totis humeris inferiores despiciat. Quid ergo superbis terra & cinis ? omnes eiusdem species sumus.

### *Differentia à Christo.*

**E**T si iuxta superius disputata genus nobile à Deo ducamus, non tamen omnes recta linea descendimus; sunt enim, pro dolor! qui ad latus sinistrum deplorâda turpitudine degenerant: horum opera sicut genus à demone, ita & differentiam ab orco trahunt; cum vice versa iustorum opera, sicut à Deo descendunt, ita cælo quoque toto ab impiorum flagitijs differunt.

Consuevère igitur , qui ex una stirpe descendunt, eandem plerumque, quam Maiores, vitæ rationem tenere. Vnde militares sunt alij, alij ad literas animum adiiciunt;

ixciunt; hi piscatu, venatu illi deleqtantur, vt ē cuiusque vitæ instituto non raro genus Maiorum, à quibus ortum habet, coniicias. Vide igitur ô Philosophe Christiane! qn tu quoque vitæ Christiani Majorumque tuorum, primæ Ecclesiæ Christicolarum, vestigijs insistas. Non illi piscatu lubricarum voluptatum, quod carnale est, deleqtabantur; non ambitioso honorum venatu, quod mundanum, exercebantur; non diuitias, aurum, argentumque intra terræ viscera rimabantur. Sed paupertatem spiritûs, sed iustitiam, sed misericordiam, cordis puritatem, patientiam, similisque virtutes penicillo gratiæ diuinæ ( pictores enim erant vitæ Christi ac Sanctorum ) in animali chartâ Virgine delineârunt, illuminârunt, & super inducis coloribus perfecerunt.

Solent deinde filij, parentum, Majorumque suorum ora referre. Pater noster in Cælis, qui, cùm lucem habitet inaccessibilem, faciem tamen suam carni Benedicti Saluatoris nostri Iesu Christi impressit, in quam desiderant Angeli respicere, & quam in se exprimere, quotquot Christianū, ac coeleste profitentur stemma, elaborant, vt Christum induant, & sequantur vestigia eius. Circumgestant igitur os mortificatione pallidum, apertâ sinceritate frontem, capillos sanctis desiderijs aureos, oculos claros, nitentesque orationis fulgore, os paruum modicique sermonis, purpureum tamen charitatem. Sic nimur ille, qui nobis exemplum dedit, vt sequamur vestigia eius, genas exemplari vita suauerit.

*Sic ille oculos, sic ora ferebat.*

*Proprium bonis, virtus; malis, vitium.*

Proprietates filiorum Dei sunt, nullis periculis terrei, solum metuere peccatum. Nolite timere, inquit Sapientia diuina, eos, qui occidunt corpus, &c. Filium Dei dixeris, quem videris in casu crederū, inter medias procellas immotum, quidquid mundus timet, optatque, ridentem, nulli cupiditati subiectum, nullâ deiectione aduersitate, sibi semper similem, vacuum mundo, cælo plenum, qui dum pede terras calcat, meliore sui parte, animo, cæli contingit, atque illic vivit, unde natus est, nec unquam aspicit, nisi dum despicit, terram, quam ut radij solares in unico tangit puncto. Nunquid autem hæ filiorum proprietates sufficiunt Philosopho Christiane, vt tibi ruborem excutiant, dum vides, quam parum habeas de genere ac differentia Sanctorum, à quorum proprietatibus tantum degenerasti.

Sed quam paucæ animæ eas moribus suis amulantur, dum plerique mortaliū orco nata soboles, ora parentis sui, superbiam tumidi, & inuidiam liudi principis te-nebrarum referunt. Exulat totâ facie decor omnis Christianz modestiz; flagrant & micant scæus cuiusdam iracundiæ scintillis oculi, inflatae turgent inani superbiam venæ, horrent desperatione capilli, blasphemâ strident voce labia, spumant olidam ora Venerem, & rabida malorum imprecatione discentantur collæ. Qualem putas esse essentiam, cuius tales sunt proprietates? Enimvero in die ira tremendique judicij, cùm Angeli separabunt malos à medio inferorum, cùm ē vultu, quem patrem referat hæres, iudicabitur, inquirent

rent regij ministri; cuius generis hæc sunt proprietates & superscriptio. Nostra, ô misera orci proles! respondebitis, & patris nostri diaboli. Moxque audietis ab inexorabili iudice: reddite ergo, que sunt diaboli diabolo, generi suam differentiam, & proprietates.

### *Accidens est Infernus.*

**O** Philosophi! quoties hæc vox *Infernus* aures meas personat, toties omnibus artibus contremisco. *Infernus*; ô triste nomen! ad quod ambæ aures tinniant. *Infernus*, ô grande vniuersale! quod de tanto mortalium numero præ-

dicatur. Definitur à Porphyrio accidens, quod potest abesse, & adesse sine subiecti corruptione; absunt heu! & adsunt inferorum poenæ sine subiecti, cui semel adhæserunt, interitu. O impium atque inhumatum accidens! sempærae damnatis sine interitu aderis! nunquam illos voracissimâ flammâ tuâ in cineres rediges? nunquam te exorabunt sanguineę tibi subiectorum lachrymæ, ut misericors fias, & illos tot annorum millionibus excruciatos artus tandem corrumpas? Sed frustra: sine corruptione adest damnatis immortalis *Infernus*. ô crudele & inseparabile accidens!

## COGITATIO ANTIQVO PROFANA III.

**P**ositaquam celeberrimam termini secundò intentionalis divisionem in quinque membrâ, genus, speciem, &c. explicauimus, aggredimur nunc divisionem termini primò intentionalis, seu realis in decem membra vulgatissima, que decem predicamenta appellantur, ad que velut totidem classes miro ordine Philosophi omnes reale maioris claritatis ergò reduxerunt. Ens reale igitur aliud est substantiale, aliud accidentale: ad hoc secundum pertinent nouem classes, seu PRÆDICAMENTA entium, incipiendo à quantitate usque ad habitum inclusivè, de quibus, que scitu facilitiora occurrunt, ad rudem de singulis conceptum efformandum, hoc loco per aliquot questiunculas & subiectas tabulas breuiter referenda censi.

### Q V Æ S T I O I.

*An divisionis in decem Predicamenta possit tolerari.*

**R**espondeo, non damandum esse Aristotelem propter hanc divisionem tantâ ferè omnium Authoritate receptâ. Ratio quidem huius divisionis nulla esse videtur; fortassis Philosophus ideo hoc modo diuisit, vt explanaret decem lo-

quendi modos, quibus totidem interrogacionibus visitatissimis responderi consuetum est: aut enim queritur de Petro v. g. quid est? & dici solet, esse substantiam, hominem, animal, &c. aut quantus est Petrus, qualis, quò refertur, quid agit, quidue patitur, ubi est, aut quando, quóne sit, vel quâ induitus sit ueste, babitu. Ad has interrogationes per reliqua predicamenta exactè respondemus. Cæterum nolim ego pro hac divisione, ciùsque bonitate

bitate tanquam pro aris, & focis pugnare, ut quidam solent, quasi verò lis esset exorta de decem Decalogi præceptis : cur enim non potuisset aliter fieri entis diuisio, & primò quidem immediatior dari, in membra pauciora substantiam videlicet, & accidentis. Proinde cur accidenti Aristoteles nouem assignat prædicamenta, & unicum substantie? cur actio & passio realiter indistincte faciunt duo prædicamenta, & non etiam a dicto causa finalis, & actio causa efficientis diuersa constituunt prædicamenta? taceo reliqua.

## Q VÆSTI O III.

**A**N singula Predicamenta debeant esse inter se realiter distincta. Resp. negatiuè cum S. Thoma, & alijs, quia valde probabile est, actionem & passionem realiter non distingui; neque admodum improbabile videtur plerisque, relationem esse cæteris prædicamentis permixtam.

## Q VÆSTI O III I.

**A**ND E v s ponatur in aliquo prædimento? Videtur non contineri: ita S. Augustinus, & alij. Ratio est; quia D e v s & quæ latè patet, quām ens, ergo non potest contineri sub ente, neq; esse membrum, in quod ens diuidatur, nam totum diuisum debet, latius patere, quām singula membra diuidentia. Antecedens probat Recentior quidam. D e v s est eminenter omne ens, vnde cætera omnia participant, ergo nullum ens est, quod non in D e o contineatur, sicut ergo omnia continentur in ente, ita omnia in D e o, ergo D e v s tam latè patet quām ens: quæ causa est, quod D e v s non possit definiri, definitione videlicet, quæ co-

stet genere ac differentia; nam genus debet latius patere definito.

## Q VÆSTI O IV.

**Q**Vid sit substantia? Respondeo substantiam communiter definiri, ens per se subsistens; illud autem per se existit; quod est à natura intentum propter aliquid à se inadæquate tantum distinctum v. g. unio inter materiam, & formam est intenta propter totum à se inadæquate tantummodo distinctum. è contra albedo, calor, actio, cæteraque accidentia, licet etiam sint inadæquate distincta ab aliquibus totis, nempe ab ijs, quæ constituant; v. g. albedo ab albo, & calor à calido &c. inadæquate distinguuntur; sed non tantum. nam etiam propter aliud totum adæquate distinctum sunt intenta, albedo v. g. propter murum, creatio angeli propter angelum, ubicatio Petri propter Petrum, & sic de cæteris. Accidens ergo definiri potest esse id, quod est à natura intentum propter aliud totum adæquate à se distinctum. Dividitur in primam & secundam aliaque membra, & proprietates, quas enumerare non vacat.

## Q VÆSTI O V.

**Q**Vid sit Q u a n t i t a s , & reliqua Prædicamenta?

Resp. Quantitas est id, per quod aliiquid dicitur quantum, vel aliqua dicuntur aliquot, seu, est ens per se extensum; à quantitate enim cætera omnia prædicamenta, substantia v. g. qualitas &c. dicuntur extensa vel per quantitatem continuam, aut discretam, de quibus immediate aliiquid dicendum.

- Dividitur ergo Quantitas principalius

*liter in continuum, & discretā. Continua est, cuius partes inter se copulantur, & ne-  
Quntur, v.g. partes alicuius lineaē palma-  
ris, aut bipalmaris. Discreta verò cuius  
partes nullo modo inter se ne-  
numeris, nam vnitatis prima non vnitur se-  
cundæ, nec secunda tertiae, & sic dein-  
ceps. Item oratio vocalis dicitur quan-  
titas discreta, nam inter has voces Ioannes  
est, nihil est, quod mediet, & vocem n̄  
Io-  
annes cōnēctat physicè cum voce n̄ EST.*

*QUALITAS est, per quam responde-  
mus interroganti, qualis est res, v.g. qua-  
renti qualis est homo, respondemus, est al-  
bus, aut niger, doctus, aut indoctus.*

*RELATIO est, per quam vnum refertur  
ad aliud v.g. dux ad milites, filius ad pa-  
trem, ac vicissim. Sed de hac paulò post  
plura...*

*ACTIO & PASSIO non distinguuntur  
realiter, sed formaliter. ACTIO ergo est, à  
qua quidpiam denominatur agere, vt ca-  
lefactio per quam ignis dicitur calefacere li-  
gnū. PASSIO verò est forma, à qua quid-  
piam denominatur pati v.g. eadem cale-  
factio est PASSIO, quatenus per eam li-  
gnū dicitur calefieri ab igne.*

*VBI, seu esse alicubi, & ubicatio est id,  
per quod res constituitur in loco. est au-  
tem alias locus extrinsecus, intrinsecus ali-  
us. extrinsecus est, qui ambit, & circum-  
dat rem vbiacitam. intrinsecus est illa for-  
ma per quam res dicitur vbiata. v.g.  
templum est locus extrinsecus eorum, qui  
sunt in templo, illa verò entitas, per quam  
constituuntur in templo, est locus intrinse-  
cus, & in probabili sententia modus ipsi  
loco & rei existenti in loco superaddi-  
tus.*

*SITVS est dispositio, seu ordinatio par-  
tium alicuius rei quoad diuersas loci ex-*

*trinseci partes v.g. stare, sedere, cubare, vel  
habere alium quemcumque situm.*

*QUANDO, seu duratio est id, per quod  
res constituitur in tempore. est autē aliud  
tempus extrinsecum, & aliud tempus intrin-  
secum: extrinsecum est motus solis, stella-  
rum, calorūque; intrinsecum verò est ipsa  
duratio, per quam res denominatur du-  
rans, estque impossibile in communiore  
sententia, vt aliqua duratio diutius existat,  
quā vnico temporis instanti: instans au-  
tem vocatur temporis punctum, quasi in-  
diuisibile, per quā tota continuatur fu-  
tura æternitas.*

*HABITVS, prout hic sumitur, nam a-  
lioquin pertinet ad qualitatem, est id,  
quo sumus induti, vestiti, armati, sumi-  
turque pro indumento, ac simili ornamento  
quocunque.*

## Q V Ä S T I O VI.

*Q*uomodo differat RELATIO prædi-  
camentalis à transcendentali? Resp.  
Dividi relationem in genere in relationem  
transcendentalem, & predicamentalem. Præ-  
dicamentalis est purus respectus ad aliud,  
nec habet ex conceptu suo aliud officiū,  
quā respicere, seu connectere vnum  
existens cum alio existente, tota ergo ipsius  
perfectio, & pulchritudo consistit in  
hoc ordine coexistentiæ. Relatio transcen-  
dentalis est quidem etiam respectus, dif-  
fert tamē à predicamentali respectu, quod  
possit dari ad terminum purè possibilem,  
cum predicamentalis referatur tantum ad  
terminum existentem. Præterea, quod  
bene notandum, de conceptu respectu  
transcendentalis est, ita respicere aliud, ve  
aliquid particulare officiū exerceat cir-  
ca id, quod respicit, v.g. de conceptu a-  
ctionis

*E*tonis est, respicere effectum, vt communi-  
nicet ipsi, n̄ esse dependenter à certa cau-  
sa, & unio respicit extrema, vt communica-  
cent sibi mutuo prædicata. *R*elatio trans-  
cendentia creature ad *D*EVUM respicit *D*EV-  
UM tanquam possibilitatem suam, & con-  
tinentiam adæquatam. item cognitio di-  
cit relationem transcendentalem ad obiectū,  
quatenus est imago, & continentia in-  
tentionalis eiusdem. At verò relatio præ-  
dicamentalis alium effetum formalem  
quām coëxistentiæ, subiecto cui inest, &  
termino, quem respicit, non tribuit.

Quæres vltimò. Quid conducat Logico, scire PRÆDICAMENTA. Ut video, qui hanc quæstionem formas, non erubescis, fateri, te ignorare, quām præcla-  
rè antiquitas de notitia decem prædica-  
mentorum senserit, adeò ut Simplicius au-  
sus sit dicere, prædicamenta esse principia  
*P*hilosophie, & fundamentum Logice practi-  
ce, idem sensus Platonis fuit, & Galeno, a-  
līusque Philosophis, quos referre super-  
sedeo, certè cùm Logicæ totus labor in  
eo versetur, vt tres mentis operationes excolat, perspicuum autem sit, nihil a-  
ptius excogitari posse, quo apprehensio  
iuvati possit, quām clarâ rerum inter se  
distinzione, quæ quia exaq̄e per CATE-  
GORIAS habetur, nemo inficias ibit, has  
apprehendere & vtile & LOGICVM esse.  
Quid porrò vtilius, aut LOGICVM magis,  
tribus sciendi modis per omnes Dialec-  
torum scholas tantopere decantatis qui-  
bus vnicè subseruiunt decem prædicamen-  
ta, cùm nihil aliud re ipsa sint, quām diui-  
niones generum, & DEFINITIONES SPE-  
CIE RVM: quidquid enim in linea predi-  
camentali exhibetur, aut genus, aut species  
est, vel differentia. Nihilominus quia co-  
rundem exædam discussionem aliæ Scrit-

INTIM sibi assumperunt, nihil ferè Lo-  
gico relinquitur præter TABVLAS &  
rudem earundem, quam præmisí, expli-  
cationem.

## COGITATIO NOVO SACRA III.

*D*e Decem Prædicamentis.

- I. Substantia DEVest, acci-  
denta creature.
- II. Infernus accidens est.
- III. A quantitate illius ē qual-  
itate.
- IV. A relatione, actione, &  
passione.
- V. A loco & tempore.
- VI. A situ, & habitu.

S V B S T A N T I A E D e v s assimilatur, &  
C R E A T U R A E A C C I D E N T I B V S : nam  
veluti S V B S T A N T I A M definiunt Philosophi  
ens per se subsistens, & A C C I D E N T I S  
ens in alio, ita sancte D e v s est ens à se,  
& C R E A T U R A E omnes sunt ab alio. Qua-  
re cum Moyses iam olim ex ipsomet Deo  
quaesiisset naturam, & essentiam ipsius,  
aliud responsum non tulit, quām hæc  
pauca, sapientiæ tamen, ac diuinitatis  
plena verba: *Ego sum qui sum*. Ita ô magne  
D e v s ! tu es, qui es, ens per te, & à te  
subsistens, & existens. *Ego autem sum*,  
qui non sum ( idem de omnibus creatu-  
ris sentio ) adeoque ens non perme, sed  
per te, & à te existens: hoc enim iam o-  
lim sponsæ tuæ *Caroline Senensis* ipse me  
asseuerasti. *Beata eris ( inquietas ) si no-*

*ris, quis sum ego, que tu. Ego sum qui sum, tu es, que non es. Tu ergo ô prima Veritas! es, quod es, semper bona, semper misericors, semper iusta. Vtinam ego sum, quod non sum; sum pius, quod non sum; sum humilis, sum sanctus, quæ non sum, & non sum quod sum: non sum superbus, quod sum, non tepidus, non tibi ingratus, quæ sum. Quis tu Domine (exclamat S. Franciscus) quis ego: tu abyssus sapientie, potentie, virtutis, omnisque boni; ego abyssus ignorantie, infirmitatis, peccatorum, omnisque mali, & miserie. Tu abyssus entis, ego abyssus nihili. Non sum igitur quod sum.*

Explicatâ in hunc modum substantia & accidente in genere, cui creaturam assimilauimus, videamus, quomodo de qualibet creatura nouē illa reliqua prædicamenta dici possint, & prædicari. Pulchra tibi quidem, & ingeniosa de quantitate, qualitate, relatione, &c. hominis occurrit. Pulchra etiam sunt, fateor, quæ de quantitate celorum, celitumque loco ac situ &c. in medium afferri possunt, quæ tibi cogitanda relinquo, mihi nunc, quod utilissimum est, placet. Quodnam verò ille iud? **QVANTITAS INFERNI, INFERNI QVALITAS, INFERORVM ACTIONES, & PASSIONES, cæteraque huius ACCIDENTIS**, nam suprà hunc terminum, quinto prædicabili comparauiimus, **PRÆDICAMENTA**. Descendamus ergo cum propheta regio *in infernum viuentes*, ne (quod Diuus Bernardus subiecit) *descendamus morientes*, & à quacunque stygiâ laruâ obuiâ, quæ sit **RELATIO INFERORVM, SITVSQUE**, ac similia exquiramus. Eleuamini itaque porce **INFERÆ**, porte exteriores, animamque **PHILOSOPHAM** catenis igneis pedes, manuisque oneratam, eo nimirum **HABITV**, quo in **INFERNO** sem-

per vituit, & semper moritur, vicerofam, exsanguem, purulentam, pædore obsitam, fame seminecem, ipsis quoque demonibus miserabilem, verbo, *monstrum horrendum, ingens*, quod ego his verbis compello, effundite: adiuro te Philosophum damnate per vindicem, quò ardes, diuinæ **INSTITIA** ignem, vt nobis, ne veniamus ad hunc tormentorum locum, edicas, inferni huius **PRÆDICAMENTA**, quæ utique si & tu tam seriò, sedulóque expendisses, ac **CATEGORIAS Aristotelicas**, nā tu procul esses ab his *ardoribus sempiternis igneque devorante*. Iam igitur expone nobis sine fuco, **QVANTVS** sit, quem incolis **INFERNVS**? **QVALES** sint isti, quos refers cruciatus? quæ sit **RELATIO SIMILITUDINIS, EQUALITATIS &c.** inter vos **DISSIMILITUDINIS** verò, **INEQUALITATIS**, ac **DISTANTIA** vos inter, & beatos cœli incolas? quid porrò **AGATIS** hoc in loco? num tantum ab immortali cruciatu **PATIMINI**? **QVANDO** tandem malorum futurus sit finis, & quot iam annos, quot lustra in hac flamma combusseris? effare; adde demum aliqua de **SITV**, de Loco, de **HABITV** vestro.

Ego, lamentabili irrugit tono misera bilis anima; ego, inquit, **Philosophus** eram, quales apud vos multi sunt quibus vacat, vt **PHILOSOPI** sint, non vacat, vt sint **CHRISTIANI**. ô **ACADEMICI**, quantum temporis impenditis, vt sciatis, quod non proderit ad salutem: de **TERMINIS**, in quos resolutur propositio, disputatis, & de **vite humana TERMINIS**, morte incertâ, certo iudicio, ac consequente æternitate non cogitatis. Multa vobis quæstio est de **VERBO**, & **NOMINE**, sed de bonis moribus parua solicitude; de **MEDIO syllogistico** quotidiana oritur in scholis dis cepta-

temptatio, de MEDIIS ad salutem conductibus altum ubique silentium. ô incuria! sed, ut, video meliora moniti PHILOSOPHIAM PROFANAM SACRAE coniungitis vos, ut, quod alijs obfuit, vobis proficit ad salutem; nunc ut nouem inferni PRÆDICAMENTA explicem, postulatis. non diffiteor experientiam me diuturnam docere vos posse, quod in hunc diem ignorabatis.

**Quæritis igitur primò de PRÆDICAMENTO QVANTITATIS, QVANTVS est INFERNVS?**

Si discretam QVANTITATEM, id est, NVMERVM quæritis, unus ille quidem, & parvus est, & angustus; at incolæ innumeri. Si QVANTITATEM CONTINVAM spectetis, PVNCVTM PVNCVTI est. Nam terra vestra, in qua bellatis, in qua nauigatis, in qua regna disponitis, PVNCVTM est. Ne vos ergo mortalium stultissimi estis, qui de PVNCVTO litigatis? Gaudium hypocrite ad instar PVNCVTI. In PVNCVTO nemo magnus. Terræ PVNCVTM promittit dæmon, cæli PERIPHERIAM aufert; quam misere ergo desipitis, si pro hoc illud venditis. Vultis, repetam, quod terræ sit PVNCVTM? INFERNVS est, qui in terra latet, sicut GRÆCVS in EVO TROIANO. Ex hoc PVNCVTO nulla est redemptio.

### *De Qualitate Inferni.*

**Quæritis 2. QVALIS est infernus? Venite, & videte, facilius enim est oculis subiçere, quam verbis explicare INFERNI QVALITATEM.**

Est autem INFERNALE antrum in septem diuisum specus, quorum primum superborum turma habitat; hic enim primum apud INFEROS obtinent, eò quod

principium omnis peccati sit superbia: restiterunt quidem ab initio Auari, & a quoque ius, cum radix omnium malorum sit cupiditas, sicut illa principium, praetenderunt. Sed composuit litem index IUSTITIA, dum his ex aduerso domiciliū assignauit, & nigra tenebrarum fuligine æquè coloratum, & flammarum splendore pariter illustre, nec dæmonum, torotorumque frequentiam minus populosum, aut pænarum acerbitate quidquam inferiorum.

Sequuntur dein aliae quinque species: ibi ad dexterum latus helluones, ventrisque mancipia hæsternæ vitæ suæ crapulâ edormiunt, ad sinistram verò pigrorum dormitorium cernitur, medium inter hos tenent, quos veluti maniacos rabida ira orco transcripsit; colligatis hi pedibus, manib[us]que plenâ in flatmâ insanis irruunt clamoribus, sociamq[ue] pigrorum gentem, amicûmque ebrietatum populum perpetuas cogunt vigilare noctes: quare & his, & illis semper caput miserandum dolet, cui malo ut succurrat misericors orcus, potionem medicam vel inuitis ingredit ex araneis, bufonibus, erucis, aliisque veneno distentis animalculis consequam, remedium præsentissimum ad capitis dolores sedandos; nam dum potio hæc infando cruciatu per stomachum, atq[ue] intestina grassatur, minorum illi dolorum oblituscuntur. Hæc autem ars medendi apud nos quotidiana est, aliam nesciunt tartarei medici iuuandi rationem, quam ut grauioribus cruciatibus minores sopiant dolores.

Vltima denique INFERNALIS æntri regio in duas divisa est contignationes, superiorum intuidiz hospites incolunt, inferior, quæ est omnium sordium & mundi;

mundi, & inferni cloaca, atque sentina, luxuriaz clientibus est assignata. Hoc maximè crimen omnibus retro sèculis, atq; æstatibus colonis *inferos* frequentauit: traditio est inter nos certa, è centum iuuenibus, quos scelera orco addixere, vix vnum ad aliam regionem, quām hanc luxuriæ diuertere. *ACADEMIE* huc quotidie inuisunt, illi in primis, qui fædas libidines, & execrandam mollitiem ita tenebris, ac silentio palliant, vt de ijs in confessionis *SACRAMENTO*, ne Verbum quidem faciant: aut contrà tantâ impudentiâ patrant, vt vrgente atque instante apud eos sacerdote per *CHRISTI* vulnera, ac mortem à tantâ râmen non abstineant fæditate, donec adimplerâ flagitorum mensurâ in tartarum præcipiti corruant casu. Et hæc de *Qualitate INFERNI* sufficient. Est ergo *INFERVS* & superbiâ inflatus, & luxuriâ sordidus, & irâ rabidus, & gulâ luridus, & otio torpens, & inuidiâ pallidus, & omni vitiorum & misericiarum genere refertissimus.

*Quæritis 3. de RELATIONE INFERNI* quantum DISTEMVS à cælo? quām sumus DISSIMILES incolis supernæ illius, beatæ-qué patriæ? quām ÆQVALES inter nos? In primis toto cælo DISTAMVS à Beatis, sed & valde ijs DISSIMILES sumus. Illi iucunda perfruuntur quiete, nos in flammis æternas agimus vigilias: illi in delicijs natant, nos flamarum fluctibus obrui-mur; illos cælestis aura circumfluit, nos per igneos globos raptamur; illi suavi alloquio tempus corripiunt, nos dentium acerbo stridore longam producimus æternitatem; illi diuinum gustant, bibuntque neQar, nobis pix & sulphur propinatur. illi lætos concinentibus cælestibus genijs choros agunt, nos torquentibus

dæmonibus æternum VÆ vsque, & vñque ingeminamus. O nos infelicissimos! quibus inexorabilis Dei IUSTITIA, neque guttulam aquæ frigidæ ad leniendâ momento sitim nostram indulget. Porro in hoc misericarum barathro omnes RELATIONE ÆQVALITATIS conneXimur, omnes miseri, affliti omnes, & semper morimur, omnes desperatissimi: sicut autem æternitate pænarum omnes ÆQVALES sumus, ita pænarum QUANTITATE INÆQVALI MENSURA torquemur, quia iuxta modum culpæ pæna distinguitur. nam sicut uno sole vos omnes tangimini, nec tamen subeo uno ordine æstuatis, sic nobis & gehenna una est, quæ affligit, & non unâ omnes ÆQVALITATE comburimur. QUANTVM exaltauit se, & in delicijs fuit, TANTVM date illi tormentum, & lucrum.

*Quæritis 4. de ACTIONE & PASSIONE* quid AGAMVS? quid PATIAMVR nos in hac perpetua misericarum cauerna?

*Non mibi si lingue centum sint, oraque centum,*

*Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,*

*Omnia pænarum percurrere nomina possem.*

Cruciatus nostri sunt acerbissimi, nunquam interrupti, æternum duraturi. Et, vt nihil dicam de animæ tormentis, minimus sensuum dolor multis parasangis excedit omnes illos cruciatus, quos aut humanitas, vel nefas fontibus, insontibusque inflxit. Nec vlla diei hora transit, nec unicum horæ momentum, quo non & in sensus, & in animæ facultates dira deseuat laniena INTERNALIVM ministrorum. O! quām vera est apud nos illa SOPHORVM sententia, ACTIONEM, & PASSIONEM realiter esse inseparabiles, atq; adeò easdem;

eadem: Acvnt tartarei carnifex, PATIMVR nos rei lñsæ diuinæ maiestatis; illi fulminant inexorabili tyrannide obvia damnatorum corpora, nos tangimur; ipsi æternam nunquam intermorituris flammis materiam subiiciunt, nos comburimur; ipsi horrendis clamoribus instant, nostræ tam diro vñlulatu, strepituq; sonorum, tonitruorum instar latè per inferni caua reboantur, rumpuntur dolore aures venereis cantilenis olim patulæ; ipsi oculos olim impudico intuitu scleratos subito inuolant, efferosque infi- gunt vngues, Ipsí linguam blasphemam ignitis prunis subiectam ferreis flammis uomisque discerpunt forcipibus, ipsi manus taetibus inhonestis execrabilis sulphureo ardentique immersunt stagno, ac corpus illicitis voluptatibus olim pollutum, flammis nunc tenacibus inuolutum, æterno torrebunt incendio. O crudelē ACTIONEM! ô acerbam & inseparabilem PASSIONEM!

Quæritis s. de Loco & TEMPORE. Vbi estis vos? & QVANDO tandem erit dolorum finis? sumus in medullio terræ, in carcere subterraneo, eò tetrore, quo profundiùs excauato: nullæ hic fenestræ, nulla ad exitum, aditumque ianua, nullus sulphureo fumo educendo adaptatus caminus, nullus ad minimam quietem locus, aut sedes. huc tanquam in sentinam, & cloacam vniuersitatem mundi sordes confluunt, hic aër crassus, fastidiusque ingentem naribus adfert cruciatum; nullus inde est, aut erit vñquam prospexitus in cælum, nullus è cælo influxus in tartarum præter malè ominosum VIRGATI COMETÆ aspergum.

Porrò dum TEMPVS exquiritis, infandum iubetis renouare dolorem: crucia-

tus nostri æterni sunt. O ÆTERNITAS! dicere cupio, quod cogitatione non asse- quor. Facilè capio, quid sit pati ad annos quinquaginta, aut centum, aut mille, aut decem millia, quin etiam centum millia, aut decies centena millia, quem millionem dicunt, digerete per partes suas possum, & in mente mea sine cōfusione collocare: quod si ultra progrediar, vix millions aliter capio, quam unitates, & tamen, ut numeros omnes nominatos ac innominatos annorum & millionum annorum coaceruem, & guttas oceanii, aut terræ arenulas, vel folia arborum, &c. neendum aut finis, aut medium, aut principium nostrorum affulsi tormentorum. Nec Julianus, qui iam ad mille annos & ultra hic locoru mortuus viuit; nec Cainus, qui iam ultra quinque annorum millia hic moratur; & moritur, proprius abest à termino ÆTERNITATIS, quam velego, qui ante aliquot annos huc appuli, vel aliis qui ultimus hodie descendit ad INFEROS. QVAMDI VENIA diuinitate suâ ÆTERNVM NVMEN perfuerit, TAMDIV & Julianus damnatus, & Cain tartareo carcere conclusus, & ego INFERNALI rogo impositus, & omnes infelices reproborū manes immortali moriemur cruciatu. O peccatum! quanta est malitia tua! O ÆTERNITAS! quanta est afflictio tua! O PHILOSOPHI! quam horribilis est stupore mentis vestre? quid TEMPVS sit, disputatis: MODVM esse contenditis, de ÆTERNITATE verò, quod nullus huius sit MODVS, non cogitatis, aut si haec vobis cogitatio occurrat, ô vos furiosos! qui tanto numero ad orcum conuenitis.

Quæritis denique, quem habeamus SITVM nos, quem HABITVM? cheu! nunc sumus in medijs flammis, nunc sedemus

*mus super ferreas crates ignibus subiectas; modò in strues tanquam lignorum fasces colligati iacemus. HABITVM & vestem gero tristissimam: pilei loco, qui apud vos libertatis est signum, lapis molaris ingens caput subigit, collare ferreum præacutis, igneisque clavis circumseptum, acerbo vulnere, dolorosum continuo cōfigit guttur; ventrem ambit & peccus soga flammæ, quām zona serpentina constringit, serpens autem hic perpetuo morfu stomachum perfringit, & diro cruciatu per viscera grassatur. simili è materia denis gyris torques peccus, humerosque circumdat, doctorale apud inferos insigne, & Philosophia & quæ ac Iuris utriusque, aut aliarum scientiarum doctoribus paratum. Tibialia deinde è pice & sulphure intertexta, flamas à ferreis, ignitisque sandalijs facile concipiunt; vnde totum corpus à planta pedum ad verticem usque immortali incendio emoritur. Creditis hæc talia PHILOSOPHI? non*

credo, vos credere: aut si creditis, insaniatis enim verò, qui sic viuitis. Vos ergo vnius horulæ causâ, quæ præterit, quæ euaneat, vos CHRISTIANI sic peccatis? Violata ergo, pessūdata, funestata VIRGINITAS virtutum formosissima, amissa innocentia, amissus pudor, Deus amissus, perdita omnia? & hæc momenti gratia? O stultos vos! O vos amentes! O infelices! quām immensum pondus malorum! quām omni ex parte infinitum! quām sine numero! quām sine fine! vertici vestro imminet. Apprehendite aliquando hæc Inferni PRÆDICAMENTA, igneum HABITVM, SITVM dolorosum, TEMPVS æternum, LOCVM inanenum, PASSIONEM incredibilem, ACTIONEM terrificam, DISTANTIAM à cælo sumam, QUALITATEM & QUANTITATEM immortalium pœnarum, dolorum, cruciaturum, tormentorum, afflictionum & corporis & animæ inexplicabilem.

## IN SECUNDAM MENTIS OPERATIONEM.

*Sicut Logice officium est, regulas dare ad res omnes debito modo apprebendas, ut hac ratione perficiat primam Intellectus facultatem, ita quoque eiusdem munus est secundam mentis operationem excolare, ut hoc modo expeditior fiat intellectus ad immediatè discernendum verum à falso; Quod ut fiat, nihil conductit disputatio de futurorum contingentium veritate, aut illa questio, an per obiectum constituatur propositio vera, de quibus egimus in Conclusionibus Log. Vnde his omisiis, ex instituto nostro nihil aliud præter definitionem ac divisiones varias Enunciationis, breuiter proponemus.*

## COGITATIO PROFANO ANTIQVA IV. De Propositione in genere.

*P*ropositio seu Enunciatio ex Aristot. libr.

1. periberm. cap. 4. definiri solet: *Oratio vera vel falsa. Et libr. 1. priorum cap. 1. Oratio aliquid affirmans vel negans. Inclusum tamen alij, ut deuident in definiendo distinctionem distinguente potius species definiti, ipsumque in illas diuidente, quām expli-*

explicantem propositionis naturam hū-jusmodi speciebus communem , ita definiunt: est oratio in qua aliquid ( id est p̄d̄icatum ) de aliquo ( subiecto videlicet ) dicitur. Patet autem definitionem hanc bonam esse , quia omni conuenit propositioni , tam negatiuæ quam affirmatiuæ , veræ aut falsæ , & nulli conuenit alteri : pr̄sertim si subintelligas n̄ immediatè facile excluditur syllogismus & argumentatio à natura & essentia propositionis.

### *De Copula Propositionis.*

**C**opula , quæ est nexus p̄d̄icati cum subiecto , diuiditur in principalem , & non principalem . Illa est , quæ nequit subiectum & p̄d̄icatum totius propositionis , hęc verò nequit tantum partes subiecti inter se , ac partes p̄d̄icati . in exemplo res erit clara v. g. Petrus , qui est Logicus , est diligens , prima copula est minus principalis , quia Logicus & Petrus faciunt unū subiectum , est enim idem , ac si dices Petrus Logicus est diligens , nequit igitur prima copula tantum partes subiecti inter se ; posterior autem est principalis ob rationem assignatam .

### *De Materia Propositionis.*

**M**ateria propositionis à quibusdam , subiectum & p̄d̄icatum dicitur , copula verò forma appellatur. Alij verò solum subiectum materiam , p̄d̄icatum verò formam dicunt , eò quod subiectum propositionis se habeat sicut materia physica , p̄d̄icatum verò ut forma . Dites : obiectum est materia propositionis , ergo p̄d̄icatum & subiectum formale non sunt materia . Respondeo cum distinctione antecedentis : obiectū est ma-

teria circa quam versatur propositio , concedo : est materia ex qua componitur propositio , nego antecedens , & sub eadem distinctione concedo , & nego consequiam .

Diuiditur propositio ratione materiæ , circa quam versatur 1. in necessariam , contingentem , & impossibilem , ita quidem , vt quando obiectum est necessarium , seu tale , vt aliter fieri non possit , dicatur propositio necessaria y. g. homo est animal : contingens autem , si materia sit contingens , quod tunc fieri solet , quando p̄d̄icatum potest adesse , vel abesse à subiecto v. g. homo est doctus . Impossibilis denique , quando materia est impossibilis , seu talis , vt p̄d̄icatum semper repugnet , & quidem essentialiter subiecto v. g. homo est lapis . Diuiditur 2. ratione eiusdem materiæ in simplicem & complexam . Simplex seu categorica est , quæ habet unicā copulam principalem v. g. homo est animal . Petrus , qui currit , est Logicus . quid sit copula principalis suprà explicauimus . Propositio coniuncta , seu complexa est , quæ ex pluribus copulis principaliter est composita , v. g. Petrus dormit , & Joannes vigilat .

Subdiuiditur enunciatio coniuncta primariò in copulatiuam , disjunctiuam , & conditionalem . quibus accedunt propositiones , quæ vocantur expónibiles . Earum triplex est species , scilicet aliæ sunt exclusivæ , exceptivæ aliæ , & aliæ reduplicativæ . Propositio copulativa est quæ constat pluribus propositionibus connexis per coniunctionem , & ac , neque aut similem ; v. g. & Petrus stat , & Paulus sedet . ex qua propositione copulativa si velis facere categoricam dic : datur coëxistentia seu simulans Petri statis , & Pauli sedentis . Nulla propositio copulativa formaliter est negatiua ,

gatiua, ut patet consideranti. Vera est, quando singulæ propositiones in ea contentæ sunt veræ; falsa autem, si vel una ecarum sit falsa. Denique propositio copulativa necessaria est, quando veraque contenta est necessaria, contingens verò vel impossibilis si vel unica sit contingens aut impossibilis. Copulativa propositio alia est implicitè talis, alia explicitè. Posterioris exemplum paulo ante attulimus, *Si Petrus stat, et Paulus sedet.* Prioris exemplum est, *omnis homo est animal.* nam quælibet propositio universalis explicitè quidem est simplex, implicitè verò est copulativa; facit enim hunc sensum, *Si Petrus est animal, et Paulus est animal.* ecce! propositiones plures connexas per connexionem Et &c.

Propositio disiunctiva est, cuius propositiones simplices connectuntur per particulas VEL, SIVE, AVT, &c. v. g. *vel Petrus non stat, vel Paulus non sedet,* hoc est: saltem unum ex istis duobus est verum. hoc est: non utramque membrum est falsum, seu quod idem est, non utrumque contradictionum est verum: adeoque si ex disiunctiva velis facere categoricam dic: *non datur coexistens Petri stantis, et Pauli sedentis.* Et hoc modo potest explicari quælibet propositio disiunctiva, unde nulla propositio disiunctiva formaliter est affirmativa. Propositio disiunctiva vera est tunc, quando vel utrumq; membrū est verū, v. g. *aliquis Martyr est in celo.* vel saltem unū v. g. *vel nox est, vel dies est.* quæ posterior est explicitè disiunctiva, cum illa prior sit implicitè disiunctiva: sicut etiam quælibet propositio conditionalis est æquivalenter disiunctiva, ut paulò post videbimus.

Propositio conditionalis, quam aliqui strictè hypotheticam vocant, est, quæ ali-

quid affirmat sub conditione v. g. *si sol lucet, dies est.* prima propositio, cui præponitur particula si, vocatur conditio, posterior conditionatum appellatur.

Propositio conditionalis necessaria est, quando conditio cum conditionato necessariam habet connexionem. v. g. *Si Petrus est rationalis, est risibilis.* Impossibilis dicitur, cuius conditio vel conditionatum est impossibile v. g. *si homo esset leo, rugiret.* Contingens denique, que habet connexionem contingentem cum conditionato v. g. *Si Petrus audierit concionem, conuertetur.*

Propositio conditionalis vera est, quæ affirmat conditionatè connexionem inter conditionem, & conditionatum, quando est talis connexio. Falsa verò, quæ affirmat connexionem, quando nulla est connexio. Dixi conditionatè, nam affirmare conditionatè connexionem inter conditionem & conditionatum, est re ipsâ negare coexistentiam inter conditionem & negationē obiecti conditionati v. g. *Si mundus existit non inuoluit contradictionis, sensus est, non datur coexistens mundi, et contradictioniorū,* ecce! quomodo omnis conditionalis propositio quoad sensum sit negatiua: imò etiam æquivalenter disiunctiva, quia hoc modo superius explicauimus propositionem disiunctiavam.

Propositiones exclusiae sunt, quarum prædicato aut subiecto additur aliqua particula exclusiva v. g. *tacitum, solum, duxaxas.* quod si particula exclusiva addatur subiecto propositionis, vocatur propositio de subiecto excluso: quando vero particula additur prædicato, dicitur propositio de prædicato excluso.

Exemplum posterioris est, *Petrus est Logicus tantum.* prioris vero *Petrus, tan-*  
*tum*

tum est Logicus. particula exclusua significat, & continet integrum propositionem: propterea hæc propositio *DE ipsa cantum est virgo & mater*, æquivalet huic copulatiæ: *DE ipsa est virgo & mater*, & nulla alia femina distincta à *DE ipsa est virgo & mater*. De veritate & falsitate propositionis exceptiæ loquendum est, sicut de veritate, ac falsitate propositionis copulatiæ, cuius naturam in his, aliisque similibus sequitur.

*Propositiones exceptiæ sunt*, quarum subiecto additur signum exceptiæ *propter*, quæ particula potest habere duplē sensum: vel enim idem est ac ultra, seu iuxta v. g. Petrus præter Philosophiam, audivit etiam Theologiam. & hoc modo non facit propositionem exceptiæ, vel significat idem quod excepto hoc v. g. omnes Logici præter Paulum sunt diligentes. & hoc modo facit propositionem exceptiæ. & significat idem, quod iste sensus: *Paulus non est diligens, & omnis Logicus à Paulo distinctus est diligens*. Ecce! propositionem copulatiæ, loquendum igitur quoad omnia (scilicet quoad qualitatem, quantitatem, oppositionem, & alias proprietates propositionis) de propositione exceptiæ, sicut de propositione copulatiæ.

*Propositiones reduplicatiæ sunt*, quarum subiectum est terminus reduplicatus. terminus autem reduplicatus est, cū additur particula reduplicatiæ, quæ, quatenus, prout, &c. v. g. *Petrus, quæ musicus, cantat*. hæc propositio, sicut omnis alia reduplicatiæ, quod jā alias monui, æquivalet tribus propositionibus, quarum prima affirmat terminum reduplicatum de subiecto propositionis v. g. *Petrus est musicus*, 2. affirmat prædica-

tum de subiecto v. g. *Petrus cantat*. 3. dicit terminum reduplicatum esse causam, cur prædicatum conueniat subiecto v. g. *Est musica est ratio cantandi*, quod si terminus, qui videtur reduplicatiæ sumi, non sit causa, modò explicatō, propositio illa reduplicatiæ non est, neque terminus ille reduplicatiæ accipitur. vnde sequens enunciatio, *Album denominatio sumptum est substantia non est reduplicatiæ quia non denominatiæ sumi, non est ratio, cur subiectum murus v. g. sit substantia*.

### *De Quantitate Propositionis.*

*Quantitas propositionis* ea dicitur, quæ eam ad plura extendit obiecta, vel ad pauciora restringit, faciendo videlicet eam, aut *uniuersalem*, aut *particularē*, aut *singularē*, vel *indefinitam*.

Ratione quantitatis diuiditur propositione in *uniuersalem*, cuius subiectum est commune, signo *uniuersali*; siue distributivo affectum v. g. *omnis homo currit*, *nulus homo dormit*. *particularē*, cuius subiectum est commune signo particulari, seu vago affectum. v. g. *quidam homo dormit*, *aliquis homo non currit*. *Indefinitam*, cuius subiectum est commune, nullo signo affectum v. g. *homo est rationalis*, *homo non ambulat*. *Singularē* denique, cuius subiectum est singulare v. g. *Petrus est Philosophus*: *bis homo non loquitur*.

### *De Qualitate Propositionis.*

*Qualitas propositionis* dicitur *veritas*, aut *falsitas* eiusdem, quia quæcumque qualis est hæc propositio, respondere solent, est vera aut falsa. *Verum autem affir-*

*affirmatio, aut negatio, à qua propositio-*  
*nem affirmatiuam, aut negatiuam voca-*  
*mus, qualitas propositionis, aut potius*  
*differentia eius essentialis dicenda sit,*  
*controversum est inter Authores, qui*  
*busdam afferentibus primum, alijs verò*  
*secundum: de quo alibi.*

Dividitur propositio ratione qualita-  
 tis primò in *affirmatiuam & negatiuam*. af-  
 firmativa est cuius copula principalis ali-  
 quid affirmat. v. g. *Petrus studet*. negati-  
 ua verò cuius copula principalis aliquid  
 negat v. g. *Petrus non legit*. Dividitur 2.  
 in veram & falsam. vera est, quæ dicit es-  
 se quod est, aut non esse, quod non est,  
 v. g. *existit Deus*; *nulla redemptio est in in-*  
*forno*. falsa è .contra quæ dicit esse quod  
 non est, aut non esse quod est. v. g. *in in-*  
*forno erit redemptio*, *Deus non est*. Breuius:  
 propositio vera est conformis, falsa verò  
 est disformis suo obiecto.

Particula NON est malignatis nature hoc  
 est: negat omnia, quæ post se immediatè in-  
 uenit. Dupliciter accipitur primò negan-  
 ter, quando videlicet immediatè præfigi-  
 tur verbo: secundò infinitanter, quando  
 immediatè proponitur nomini, seu ter-  
 mino finito. duæ negationes verbo præ-  
 positæ faciunt affirmationem. v. g. *nullus*  
*bomo non currit*, est propositio affirmativa,  
 & sensus est: *Omnis homo currit*.

### De Oppositione Proposi- tionum.

**O**ppositiō apud dialeqticos duplex est,  
 terminorum, quæ *oppositio incomplexa*  
 dicitur, & *propositionum*; quæ vocatur *op-*  
*positio complexa*. de illa egimus cogitatio-  
 ne profanā i. quando scilicet explicauim-  
 us terminos *contrarios*, *contradicterios*,

*relatiuos*, *priuatuos*, *quorum oppositio*  
*vocatur incomplexa*; de altera, nimirum  
 de oppositione propositionum nunc a-  
 gendum restat. itaque

*Oppositio complexa est reprobantia dua-*  
*rūm propositionum categoriarum* (*propo-*  
*sitionum complexarum oppositio*, cæteræq;  
 earundē proprietates iuxta regulas pro-  
 positionum simplicium regulandæ sunt)  
*vel secundum quantitatem vel qualitatem*  
*vel utramque, eodem manente subiecto*. Tri-  
 plex est oppositio propositionum, si spe-  
 cietur sola qualitas, quam quia Aristote-  
 les considerauit, omisit subalternas. Si  
 verò specietur & quantitas, & qualitas,  
 tunc quadruplex est, vt enumerabimus.

*Propositiones contrariae* sunt duæ pro-  
 positiones vniuersales, quarum una est  
 affirmativa, negativa altera v. g. *omnis*  
*Logicus est doctus*, *nullus Logicus est doctus*.

*Propositiones subcontrariæ* sunt duæ  
 propositiones particulares, quarum una est  
 affirmativa, negativa altera, v. g. *ali-*  
*quis homo dormit*, *aliquis homo non dormit*.

*Subalternæ* sunt, quarum una est vni-  
 uersalis, altera particularis, utraque ta-  
 men simul affirmativa, vel simul negati-  
 ua v. g. *omnis Logicus est doctus*, *aliquis Lo-*  
*gicus est doctus*.

*Propositiones contradictoræ* sunt,  
 quarum una est vniuersalis, altera parti-  
 cularis, item una affirmativa, negativa  
 altera v. g. *omnis homo ambulat*, *aliquis bo-*  
*mo non ambulat*. item, *nullus homo ambulat*,  
*aliquis homo ambulat*. *Vnica* harum lex  
 est, scilicet in omni materia una earum  
 debet esse vera, & altera falsa: nec pos-  
 sunt per ullam potentiam ambæ simul  
 esse veræ, aut simul falsæ, quia impos-  
 sibile est, *idem simul esse & non esse*, in  
 quo principio omnium oppositarum pro-

propositionum leges; quas enumerare nimis longum foret, fundantur, ut apparet consideranti.

### De Veritate.

**V**T propositio affirmativa sit vera, debent recta subiecti, & praedicati adæquatè esse identificata saltem explicitè. Quia propositio vera dicit esse, quod est, vel non esse, quod non est, atqui propositio affirmativa dicit, recta esse adæquatè eadem intersc, ergo ut dicat esse, quod est, debent recta esse adæquatè identificata. Major est definitio propositionis veræ; minor explicatur ab instantijs: hæc enim & similes enunciationes, *album est dulce, homo est animal, bis duo sunt quartuor ab omnibus censentur veræ*, non aliam sanè ob causam, quam quia dicunt recta esse adæquatè eadem, & sunt adæquatè eadem. Dixi explicitè, hoc enim sufficit, ut propositio sit imago conformis suo obiecto. Ceterum ut propositio affirmativa sit vera, non debent obliqui identificari, ut patet ex innumeris propositionibus, *album est dulce, Petrus est dominus &c.*

Ad veritatem propositionis negatiæ requiritur distinctio extremorum. Vnde propositiones hæc omnium sensu falsæ sunt, *duo sunt tria, homo est leo*. Identitas vero obliquorum aut eorundem distinctio nihil conferunt, vel obsunt Enunciatio- nis negatiæ veritati.

## COGITATIO NOVO SACRA IV. IN II. MENTIS OPE- RATIONE M.

### I. *Propositio est vita humana.*

**II. Cuius genus Oratio.**

**III. Cuius partes nomen & verbum.**

**IV. Differentia affirmare, & negare.**

**V. Divisio in veram & falsam, contingentem, necessariam, & impossibilem.**

**VI. Male definitur à multis.**

**VII. Deterius à plerisque dividitur.**

**S**i viri grauissimi & tam in Theologia quam Sacra Scriptura versatissimi, totoque terrarum orbe libris editis celebres nihil indignum authoritate suâ arbitrii sunt, materias Philosophicas rebus sacris applicare, forsitan non missitabunt nonnulli, rem hanc sine exemplo fieri, & perigrinam esse. Proinde quid de Nominis & Verbo vir omni exceptione maior Robertus Holcot cogitauerit, ipsius verbis referamus.

### De NOMINE ET VERBO.

**R**obertus Holcot è familia S. Dominici plect. 203. in librum Sapientie. Chrysostomi, inquit, ad hoc, quod nostra oratio, qua ad presentis sermoni debet premitti, inveniatur congrua, convenientia, & perfecta, necesse est, quod ex nomine, & verbo componatur. Verbum autem, quod nostram orationem ingredi debet, certè est illud Verbum, de quo dicitur, *DOMVS EST AT VERBVM. IPSUD VERBVM significat, imqd est persona Filij DEI. Significat etiam cum TEMPORE; quis quando venit plenitudo temporis, misit DOMVS Fi-*

lium suum ad Gal. 4. Similiter istud VERBUM tam ACTIONEM, quam PASSIONEM importat. Istius enim VERBI ACTIONE Secula formata sunt; quia ad Hebr. 11. Fide intelligimus secula aptata esse DEI VERBO, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Istius etiam VERBI PASSIONE cuncta sunt reformata, quando VERBVM, Ens Altissimi, corporali passum est carne. Habetus ergo VERBVM, quod nostram ingredi orationem debeat. Sed quod est illud NOMEN, quod in ORATIONE isti VERBO debet coniungi? reuerà non inuenitur NOMEN sub Cœlo, quod isti VERBO conuenientius coniungi posset, quam illud, de quo Luc. 1. NOME Virginis MARIE. MARIA: ecce SUBSTANTIA. Virgo; ecce QVALITAS, & hoc sine TEMPORE. Et post pauca: Habetus ergo NOME & VERBVM pro nostra oratione formanda. Ita vir doctissimus Professor Theologiae in Academiâ Oxoniensi non erubescit meditationes suas Theologieas sacris allusionibus è Philosophia profana & subinde ipsam etiam Grammaticâ petitis frequenter intertexere.

### De PROPOSITIONE, eiusque membris diuidentibus.

Propositionem Cogit. Sacronou. 1. vitæ humanæ, aut ipsi homini assimilauimus. Ludou. Bail in Philosophia affectiuæ, quam gallico idiomate conscripsit, eam diuidit in affirmatiuam & negatiuam: propositionum de seßtanda vita honesta, & Christiana, vult esse propositionem affirmatiuam, propositionum verò declinandi à malo, ait, esse propositionem negatiuam.

Diuidit idem præclarus Theologus propositionem in necessariam, impossibi-

lem, & contingentem. Illam S. Augustini, si Augustinus esset Deus, & Deus esset Augustinus, ego vellem fieri Augustinus, annumerat impossibilibus, necessarijs verò, quæ sunt de naturâ & personis diuinis; actiones denique liberas hominis, uti sunt actus virtutum, & vitiorum, qui possunt fieri, & non fieri, propositionibus contingentibus æquiparat, quibus etiam subiungit, illam questionem Logicam, an dentur propositiones de futuro contingent determinatè veræ, aut falsæ, in sensu morali explicatam. Possem huic Theologo & Ascetæ, à Theologia, quam scripsit, affectiuæ, celebri, alios addere, quibus similes allegoriz plauerunt. Sed hæc indicâsse sufficiat; proinde ad definitionem transeo, ubi amplior se offere cogitandi campus.

### De DEFINITIONE.

A iunt Poëtz, euocatas olim in Parnassum scientias, ut hominem definiret, varias in medium attulisse sententias. Grammatica omnium infima primo loco dicere iussa, hanc hominis descriptio nem dedit. Homo, inquietabat, NOME est per Casus sex DECLINABILE, quorum primus est esse, seu DICIMUS NOMINARI, GIGNI alter & nasci, tertius DARE alijs esse: postea ACCUSARI in morte, & deniq. VOCARI ad calos, aut rapi ABLATUM à tartareis ministris in Tartara: unde alij VOCATIVO casu, ABLATIVO alij carent. Ita quidem GRAMMATICA accommodatè ad materiam suam, circa quam occupata versatur; sententiam dixit. Ordo deinde exposebat, ut RHETORICA, quæ paulò eminentiore logo considerbat, suum iudicium ferret, sed MINERVA, quæ cœtum con-

conuocauerat, ad DIALECTICAM conuersa, ut suam mentem promeret, impetravit. Quae imperio accepto, homo, inquit, est breue entymema, pro antecedente habet orrum, pro consequente interitum. Exceptit subito MATHEMATICA: quin potius homo est figura fibrica ab eodem, quo pene incipit, in idem terminatur. Subiunxit aspidens Mathesi PHYSICA: Ego sententia non muto, quod semel de homine edixi, iterum statuo. *Homo est animal rationale mortale.* ASTROLOGIA deinde, ut certius aliquid depromeret, subinde tubo optico ingenti, hominem speculata, tandem, mihi videtur, ait, *Homo quasi luna mutabilis, quia nunquam in eodem statu permanet.*

Non deerat MEDICINA neque METAPHYSICA, quarum illa hominem morborum compendium, hæc magnum orbis miraculum definiuit. Post quas RHETORICA tandem suam quoque descriptionem ingeniosè exorsa est: *Homo est oratio, cuius exordium nasci, narratio dolere, Epilogus mori: orationis buius figura sunt gemitus, & fletus, vel gaudium fletu deterius.* Applausit Parpasus dicenti,

Nolo ego hoc loco aut Poëtas, aut scientias in jus ad Apollinem euocare, ut suarum rationem afferant definitionum: illud mirum est, te ò PHYSICA scientiarum formosissima! cù ignorantes prolapsam, ut dicere volueris, & ausa sis; hominem esse animal rationale mortale; an non quæ parendum est nominibus, quæ sebus sine necessitate multiplicandis? sed non est muneris nunc mei, ut vobiscum contendam, si non acutè ad leges logicas hominem definiuistis, veram saltem, ac ingeniosam eiusdem attulistis descriptionem. Vtinam homines ipsi suis

definitionibus non longius recederent à vero: aliter *axari*, aliter *superbi*, *luxuriosi* aliter, aliterque alij, & alij hominem definiunt, omnes male. Dicunt gula, ac ventris mancipia, quod homo sit *animal mortale*. O insani! an hæc bona est hominis definitio? ergo etiam canis & porcus, & asini homines vobis esse videntur? næ digni vos estis, quos hominum syllabo expunctos brutaæ asinorum speciei suo quæque ordine censens PHIZOPHILA, transcribat: enim verò qui hominem ita describitis, circumibitis aliquando ciuitatem cælestem Jerusalem, & famem patiemini ut canes infernales, indigni hominum, id est, beatorum consortio. Aiunt SUPERBI, hominem esse quid rationale; sed nec hæc priore melior est definitio: aut Deum facis hominem, aut angelo parem, ambitiose pauo. Quid pennas rationis suspicis? quid lumen illud nature, quid fulgores, colorumque amoenissimam varietatem miraris, pedum turpitudinis immemor? non diffiteor, diuinum quid est, ratiocinari, elegans hominis ornatus, sed ne homo cum angelis cælum concupisceres, ascendere, ac similis esse altissimo, diuina prouidentia pedes adiecit, corpus videlicet animale, cuius turpitudinem conspicata anima ponerec eretas à superbìa cristas. Emenda igitur, quæ malè fecisti definitionē, & pedes pennis adiunge, dic, hominem esse animal rationale. Turpius adhuc errant AVARI qui homini affingunt immortalitatem, excavati enim presentium bonorum amore, homo est, inquiunt, animal immortale, ò ignorantiam! Homo est fortuna lusus, temporis spolium, mortis mancipium, spirans cadaver, mors viua, & vos nunquam morituros definitis? Homo

*mo est tenuis umbra, umbra somnium, corruptionis speculum, & immortalitatem vestram iactatis? Brevis voluptas est vita hominis luxuriosi, longa miseria, & hanc amatis!*

Veruntamen hæc crassa bene definiendi ignoratia iam adeò inualuit, ut paucorum sit, rem quamque suo pede metiri, ac essentiam, & naturam cuiuslibet entis rimari; quod album est in se, multis nigrum videtur, & quæ nigra sunt, albedinis fūco oculos ludunt, dum virtutum nomine palliamus, & noxia æternæ saluti, tanquam certa illius consequēde media deligimus, & essentias rerum ignorando confundimus. Quis auro & argento terræ rubet, ac alba hoc pretiū fecit, quām incorrigibilis mortalium avaritia? quis cælo & immortalibus Beatorum delicijs detraxit, quām nimius vires huius caducæ amor? cui ignis infernalis aut nullus est, aut fatuus; quām incredulæ, apostataq; luxurie? ò vos omnes! quibus venter Deus est, & voluptas idolum, honórque numen, discite à Salomonæ melioribus principijs imbuto, quid & quomodo definienda sint huius vitæ, quæ videntur, & non sunt, bona: ab imo ille peccatore attracto spiritu in hanc definitionem prorumpit. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Vidi cuncta, que sunt sub sole, & ecce! uniuersa vanitas.

*Vanitas* certè sunt res terrenæ; *vanitatem* verò sunt, hoc est, vanorum hominum, adeo ut tam hereditas quām hæres, tam opes, quām dominus, *vanitas* sunt. Utinam & *Salomon* citius, & reliqui mortales frequentius, hanc rerum temporaliū DEFINITIONEM apprehendissent, ne ille non in tot scelera deuius, hi quoq; tanto numero in exitium precipites cor-

ruissent. Vobis Philosophi res adhuc integræ est, animæc; aut bene definire velitis: malam bonorum huius vitæ DEFINITIONEM peior sequitur in morte DIVISIO, vt nunc ostendo.

## D E D I V I S I O N E.

DIVISIONE m igitur alterum sciendi modum aggredimur, qui bene distinguit, bene docet, commune Philosophorum effarum est. Ego paulò aliter, qui bene diuidit, bene didicit, multum profecit in Logica Christiana, liberè pronuncio. Enimverò, Philosophæ, triplex est DIVISIO, una, quæ te, proximumque tuum attingit, videturque assimilari posse diuisioni totius universalis in sua inferiora, quia est inter partes protestatinas, vt Logici loquuntur. Essentialis altera, quæ est inter partes essentiales, animam videlicet, & corpus. Tertia denique totius accidentalis, quæ fit intra quantitatem, qualitatem, actiones, tempus, aliaque huius mundi accidentia, vt reddas DEO, quæ sunt DEI.

DIVISIO autem mala est, si peccat in aliquam legem, quæ in decalogo dialecticæ Christianæ præscribitur, primæ quidem tres diuisionem bonorum te inter & DEVM concernaunt. Plures Deos adoras, mala DIVISIO, contra primam legem non adorabis DEOS alienos. DEVM & Sanctos blasphemo præscindis ore, non bona DIVISIO: Non assumes nomen domini DEI tui in vanum, iubet altera bona diuisionis te inter ac DEVM regula. Reliquæ septem secundæ tabulæ, quomodo rechè homo cum homine diuidat, informant. bona rapis aliena: malè diuisiisti, non dimittitur peccatum, nisi emendetur

**H**oc malefacta Divisio. Alterius pudori insidiaris, agis contra sexta bonæ divisionis legē, non mæchaberis. **D**ivisio-  
nē sā proximo tuo, interueniente odio,  
irā, intuidiā, rancore, susurro, detrac-  
tione, inimicitia, contumelia, vulnero,  
morte, pessimæ sunt, & quinta regulæ  
bene diuidendi contrariantur.

Denique ut Divisio bona sit ani-  
matam inter & corpus lex vñica est, quæ iu-  
bet ressecare superflua, gladium veni miti-  
tere in terram, fratrem à fratre separare, &  
sororem à sorore. Sorores sunt Corpus  
& Animæ: Fratres sunt; aut si mavis, Ca-  
ro Mater est Animæ, quæ intra hanc, qua-  
si uterum maternum, dum vivit, conclu-  
ditur, donec mors, vna omnium obste-  
trix, locum animæ faciat, vt nascatur æ-  
ternitati; gladius autem, quem misit di-  
uina Iustitia, colter est præacutæ mortifi-  
cationis, quâ dum voluptates superfluæ  
refescantur, dum oculus intra limites re-  
æ rationis coërcetur, dum gustui frenū  
immittitur, dum tactus Angelicæ purita-  
ti consonat, soror à sorore, & frater à fra-  
tre, & mater à filia in hac vita separantur,  
et à morte felicius coalescant.

Non eadem verò obtingit sors malè di-  
videnti, malè diuisit Cain, deteriora Dæo;  
sibi meliora seposuit. nec melior illorum  
diuisio est, qui viridi Adolescentia incer-

tia, florida luuentute effreni libidini, Vi-  
tili ætate turpi Matronæ diuisâ, inutilem  
Schedam Dæo reseruant. Produc si po-  
tes ex tot elapsis annis Cosmophile, vel  
vnicum diem, rectæ Divisiones cum  
Dæo, testem, qui non fuerit ex quo cum  
tarne, & mundo, ac demone diuisus; Vtinam  
vel tantum Dæo, quantum demoni, inquit  
P. Petrus ab aureo ore famosus, quantum  
carni, quantum vanitati. Defloruit rudi-  
orætas talos inter & nuces, inter ineptias  
& libidines Adolescentia, inter scelera, &  
flagitia præceps luuentus. Post omnes  
annos, qui à cunis ad canos defluxerunt,  
nihil iam superest, quod cum Dæo diui-  
das, nisi repuerascens senium. Heu!  
quâ lacrymabili vultu inopiam tuam  
coëuentu circumspicies? sed aërum est;  
nam qualis Vita, finis ita; post malè diui-  
sam vitam sequitur peior in morte Divi-  
sio. Moritur diues qui noluit Divisio.  
NEM vllam suorū facete cum pauperi-  
bus, & sepelitur in inferno, cuius facul-  
tates sitibundi diuidunt amici, spiritum  
dæmoni vindicat, anima inferno adscribi-  
tur, corpus adiudicatur vermis, ossa  
tineæ consumunt, carnem putredo cor-  
ripit, cineres fauilla deuorat, & nece mi-  
seri hominis, miserioris animæ, nemo tri-  
statur, collætantur omnes. Siccine Divi-  
dis amara mors?

## INTERTIMENTIS OPERATIONEM.

**E**x his, que in adiectâ tabula de syllogismo proposuimus, clarum est, alia esse principia in-  
trinseca syllogismi, & extrinseca alia, illa quidem aut materialia, PROPOSITIO-  
NES videlicet, & TERMINOS, quorum bi materia remota, illa materia proxima,  
appellantur, aut formalia MODVM videlicet & FIGVRAM. Extrinseca quoque principia  
duplicis generis sunt, nonnulla dirigunt syllogismi structuram, & inde dirigentia vocantur, uti  
M

sunt principia LOGICA & METAPHYSICA; atque eundem persicantur, dum videlicet syllogismum, spectando claritatem & evidentiam, imperfectum, reducunt ad syllogismum perfectum, id est talem, cuius conclusionem concepsis premisis nemo nisi mentis impensis insicari possit; Ego suppongo à terminorum notitia, quam in adiecta & abulæ explicanti, nouâ methodo de syllogismo Categorico brevius agam; nam syllogismum hypotheticum qui alijs principijs regulatur, tractare prefixus bis tibi scopus prohibet, difficultiora enim sunt, & communiorum adiscientium captum effugient.

## COGITATIO PROFANA ANTIQVA V.

**P**RIMÒ ergo principium illud uniuersalissimum nihil potest simul esse & non esse, syllogisticae strukturæ basis, ac omnis Scientiæ unicum ultimumq; fundatum proponemus, adiunctis quatuor alijs; duobus videlicet Metaphysicis, ac duobus Logicis Axiomatis, quæ illo priori immediatè nituntur. Ex his deinde cætera omnia ad syllogismum vel intrinsecè vel extrinsecè requisita, tam materiam videlicet & formam, quam regulas in genere & in specie categorici syllogismi demonstrabimus.

### PRINCIPIVM I.

*Idem non potest simul esse & non esse.*

**I**TA Philosophus lib. 4. Metaph. c. 3. tex. 8. his verbis idem enim simul esse & non esse in eodem, secundum idem est impossibile. Additque esse omnium principiorum firmissimum atque certissimum; atque omnes demonstrantes in illud tandem suas propositiones deducere, vt pote quod omnium dignitatū, seu axiomaticum principium sit & radix. Alijs porrò verbis idem axioma eodem sensu effertur: *Impossibile est quidam sensu neque esse, neque non esse.*

Item: necesse est quodlibet aut esse, aut non esse. Item, necesse est quodlibet deesse, aut non deesse. Neque alium sensum habet vulgarissimum illud axioma, *Impossibile est dari medium inter duo contradictoria*, idem enim est, ac si dices; *impossibile est, utrumque contradictorium simul deesse*, quia non posse dari medium inter duo contradictiones idem est, ac non posse utrumque simul ita deficere, vt detur aliud quidam loco utriusque.

Porrò hæc principia idem dicere, inde constat, quod singula immediatè attingant, & fundentur in extremis contradictionis quæ talibus, eorumque immediatas atque evidentissimas proprietates exponant: nā extrema contradictionia sunt negatio rei, & res, per quam illa negatur, remouetur, ac excluditur, quæ quidam Extrema ita opponuntur, vt quodvis eorum æquivalenter ex sua natura, & essentia sit formalis exclusio, ablatio, & remotionis alterius, & consequenter unius exclusio sit alterius positio, inde autem fit evidenter I. quod fieri non possum, vt neutrum desit, quod primo axiome indicatur. II. Neque fieri potest, vt utrumque contradictionis membrum desit, quod secundum axioma afferit. III. Eadem de causa necesse est, alterutrum contradictionium esse, & necesse est alterutrum deesse, quorum prius tertio, posterius quarto axiome insinuatur.

Cæterum sicuti quadruplici hoc axiome

metaphysico contradictionis natura exponitur, ita quadruplex axioma logicum correspondet, primum primo, & secundum secundo, &c. sunt autem haec quatuor; Propositiones contradictoriae non possunt esse simul vera. 2. Propositiones contradictoriae non possunt simul esse falsa. 3. Una contradictionarum debet esse vera. 4. Una contradictionarum debet esse falsa. & haec de primo omnium principiorum, in quod tandem omnes demonstrationes omnium scientiarum resolvuntur; cum enim omnes demonstrationes nitantur dicto de omni aut de nullo, aut principijs Metaphysicis, quecumque sunt eadem vni tertio, &c. haec autem immediate, ut videbimus, fundentur in hoc, de quo nobis nunc sermo est, evidens est omne demonstrationis & veritatis fundamentum esse, quod idem simul esse & non esse sit impossibile.

## PRINCIPIVM II.

*Quaecunq; sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.*

**H**oc principium tam verum est quam primum, quia in primo fundatur, nec potest esse falsum, nisi verum sit quod verum esse non potest, videlicet idem posse simul esse, & non esse. Porro tam evidens est, cum qui hoc principium negat, debere concedere, idem posse simul esse, & non esse, ut per probationem obscurari potius, quam elucidari posse videatur; sensus igitur est; si duo digitis, v. g. *digitus A*, & *digitus B* sunt idem cum tertio *digito C*, quod eo ipsis sint idem inter se, hoc est, quod eo ipsis *digitus A* sit *digitus B*, adeoque si fieri potest, ut *digitus A* identificatus cum *digito C*. cum quo

pariter est identificatus *digitus B*, non sit idem cum *digito B*, tunc *digitus A* erit idem cum *digito B*, & non erit idem, quod est idem esse, & non esse: sequelam evidenter ostendo: *Digitus A* non est idem cum *digito B*, vt dicis, ego autem tibi demonstro, quod sit idem, *digitus A* est *digitus C*, *digitas B* est *digitus C*, ergo *digitus B* est *digitus A*, quod erat demonstrandum.

Duo sunt, quae specialiter requiruntur vi huius axiomatis; primum, ut illa duo sint eadem vni tertio secundum eandem tertij partem; hinc licet *asinus* & *bomo* sint idem cum *animali*, non tamen sunt idem secundum eandem partem animalis, nam *animal* habet duas partes, *rationale* & *irrationalis*, *bomo* est idem cum priore parte, *asinus* cum posteriore; consequenter haec duo non sunt idem cum suo tertio secundum eandem partem, quod tamen axioma requirit. Secundum requiritur, ut illa, quae sunt eadem vni tertio, secundum eandem partem, sint idem in conclusione, secundum quam in praemissis fuerunt eadem vni tertio, non vero secundum aliam; hinc peccat sequens syllogismus: *Omnis homo est rationalis, aliquod animal est rationale, ergo aliquod animal rationale est homo*, nam *animal* in praemissis dicebatur idem cum *bomine*, secundum vnam partem, *rationale* scilicet, deberet ergo secundum hanc ipsam partem accipi in Conclusione, non autem secundum alteram, *irrationale* videlicet, secundum quam non fit idem cum tertio.

## PRINCIPIVM III.

*Quaecunq; sunt distincta in uno tertio, sunt distincta inter se.*

**S**ensus est, quod si *Petrus* sit idem cum *bomine*,

*homine, lapis autem non sit idem cum homine, tunc etiam lapis & Petrus erunt infallibiliter inter se distincti; alias essent idem, & non essent idem, quod patet, vel obiter considerantur; nam essent idem, seu indistincti realiter, ut ponis, & essent distincti, quod probo; lapis est distinctus ab homine ut aīs, ergo etiam ab eo quod est homo, ergo etiam à Petro, quia Petrus & homo sunt idem; Ecce qui hoc tertium principiū fundetur in primo, ita ut hoc negato evideenter negetur primū, vocatur autem principiū metaphysicum negatiuum, sicut secundum dicitur principiū metaphysicum affirmatiuum, affirmatiuum quidem & negatiuum, quia ab hoc affirmatiui, ab illo negatiui syllogismi diriguntur; dicuntur etiam Metaphysica, quia loquuntur de identitate ac distinctione reali, de qua propriè agit METAPHYSICA: quamvis certas ob causas materialē ad LOCICAM quoq; iam sit traducta.*

Quatuor sunt, quæ requiruntur vi hujus principij negatiui, primo: vnam propositionem syllogismi negatiui debere esse affirmatiuam. Secundo ut alterum extremum distinguatur, seu negetur de eadem parte tertii, cum quo alterum Extremum fuit identificatum; tertio, ut in Conclusionē idem omnino negetur ab altero distinctum, quod in præmissis de textio erat negatum. Quartò, ut de eodem illo extremo, quod erat affirmatum in præmissis, negetur alterum in Conclusionē.

#### P R I N C I P I V M I V.

*Quidquid dicitur de subiecto universaliter sumpto, dicitur de quoniam contento sub illo.*

**Q** Via aliquod animal predicatur de omni homine, ideo etiam predicatur de Petro & ceteris hominibus, qui continentur sub omni homine, si ex. gr. fieri posset, ut aliquod animal affirmaretur de omni homine & negaretur de Petro, tunc duo identificata cum uno tertio non essent identificata inter se, Petrus ex. gr. est idem cum homine, & animal est idem cum homine, ut fateris, & tamen Petrus & animal non essent idem inter se, ut dicis, & consequenter esset animal & non esset; esset, quia omnis homo est animal, non esset ut tu quidem fingis, adeoque quandocumque habeo propositionem vniuersalem, v. g. omnis virtus est laudanda, habeo totum implicitè syllogismum, nam singulæ virtutes fidei, spei, &c. sunt idem cum virtute, quia sunt virtutes seu inferiora, & partes constitutivæ virtutis; subsumo igitur sub dicta Propositione Vniuersali, sed castitas est virtus, ecce minor propositio, ex qua infer Conclusionem; ergo castitas est laudanda, cum enim dictum de omni seu predicatum vniuersalis Propositionis dicatur de omni subiecto vniuersaliter sumpto, seu de omni virtute, dicetur in Conclusionē idem dictum de omni, seu majus extremum de Castitate, quia continetur sub omni virtute.

#### P R I N C I P I V M V.

*Quidquid negatur de Subiecto uniuersaliter sumpto, negatur etiam de quoniam contento sub illo.*

**H**oc principio regulantur syllogismi negatiui, sicut axima oīero quarto syllogismi affirmatiui; vtrūq; vocatur principiū Logicum, quia loquuntur de affirmatio-

Motione & negatione, de quibus agunt Logici, sensus autem allati axiomatis est, *dicitur de nullo*, quod est, prædicatum propositionis vniuersalis negatiæ, debere negari de omni eo, quod est idem cum subiecto propositionis vniuersalis negatiæ, v. g. *nullum vitium est laudandum*, est propositio vniuersalis negatiæ, cuius prædicatum est *dicitur de nullo*, fac inde syllogismum, sicut paulò ante fecimus ex propositione vniuersali affirmativa. Ceterum hoc axioma quantum fundatur, in primo & tertio axiome, ut Considerantur facile patet.

## CONCLUSIÖNES DE SYLLOGISMO CA- TEGORICO DEMON. STRANTVR.

**C**ONCLUSIO I. *Omnis syllogismus sub-  
nixus principijs logicis, aut metaphysicis,  
suprà explicatis ex tribus omnino terminis, &  
tribus propositionibus debet necessariò cōponi.*

Duas habet partes Conclusio. Prior est de numero terminorum, quos tantum, & non plures esse debere, evindens est ex allatis principijs: Tot enim debet habere terminos syllogismus, quot continentur in principijs metaphysicis aut logicis, secundum quæ syllogismus regulatur, sed iuxta hæc requiriuntur tres termini, ergo debent esse tres termini in syllogismo. Minor ostendit: nam in principijs metaphysicis per nō quacunq[ue] intelliguntur duo termini, per nō unius termini teritus terminus. Ecce! tres termini. Principia vero logica paritermodo tres tantum terminos exigunt: Quidquid dicitur. En! maius extremum, seu dictum de omni v. g. *animal*, de subiecto vniuersaliter

sunt, seu medio termino v. g. *omni bo-  
mine*, illud ipsum extreum maius an-  
imal dicitur de quois contento sub illo; seu de quoniam inferiore, minore scilicet extremitate v. g. *Petro*, quod minus extre-  
mum Petrus subsumitur sub illo, seu con-  
tinetur, & est idem cum medio termino  
nō homo.

Altera pars conclusionis de numero propositionum similiter demonstrari potest ex iisdem fundamentis. Quidquid enim dicitur de subiecto vniuersaliter sumpto. Ecce! prima propositio, & maior v. g. *omnis homo est animal*; dicitur de quois. En! conclusio: ergo Petrus est animal, contento sub illo medio termino. Ecce! minor: *sed Petrus est homo*. Eadem conclusio eadētā facilitate declaratur ex principio logico negativo & principijs metaphysicis.

## CONCLUSIO II.

**M**edium debet semel distribui. Et una sal-  
tem premissarum debet esse affirmativa.

Vtraque pars conclusionis certa est ex conclusione precedente, vbi dictum de omni, & de nullo explicauimus: utrobique enim clarè exprimitur subiectum, per quod mediusterminus intelligitur distribui debere, id est, vniuersaliter accipi.

Dices: In secunda figura medium terminus semper est prædicatum, ergo per allata axiomata in secunda figura probari non potest medium esse semel distri-  
buendum.

Respondeo, allata principia in primis tantum quatuor modis evidenter concludere formaliter, in ceteris vero aequiue-  
lenter: quia videlicet per principia perfi-  
cientia ad unum è quatuor primis modis  
reducuntur possunt.

N

Quod

**Quòd autem necesse sit , vnam præmissarum saltēt esse affirmatiuam , clare & quolibet illorum principiorum demonstratur , quod explicatione non indiget.**

Dices : distingui in tertio idem est , ac distingui à tertio , sed quæ distinguuntur à tertio , includunt propositiones meras negatiuas. v. g. *bom*o* non est lapis*, *brutum non est lapis*, sunt duæ propositiones negatiuæ , quæ *bominem & brucum* distinguunt ab eodem tertio , ergo ex principio negatiuo metaphysico probari non potest vnam saltēt præmissarum esse debere affirmatiuam. Respondeo negando maiorem , quæ probari non potest.

### C O N C L V S I O . III.

**L**icet procedere à distributo ad non distributum , non tamen vicissim a non distributo termino in præmissis ad distributum in Conclusione.

Prior pars est clara , quia terminus particularis , seu non distributus continetur sub distributo seu uniuersali , adeoque licet ex hoc illum inferre. Econtra in termino particulari non cōtinetur uniuersalis , quare non licet procedere à non distributo ad distributum. Vnde peccatur contra principia logica & metaphysica , si quis in antecedente , à non distributo argumentetur ad idem distributum in cōsequente : quia utraque iubent tantam debere esse conuenientiam majoris & minoris extremi inter se in conclusione , quanta est eorumdem in medio ; sed conuenientia cuiusvis extremi non distributi cum medio non infert conuenientiam sui distributi cum ipso medio in antecedente , vt est clarum (quis enim ex eo , quod conueniat *bomini esse animal* inferat , conuenire *bomini esse omne animal*) ergo neque infert conuenientiam sui distributi cum altero extremo in conclusione.

entiam sui distributi cum altero extremo in conclusione. Non ergo licet vlo modo à non distributo in antecedente arguere ad idem distributum in conclusione.

### C O N C L V S I O . IV.

**E**x duabus præmissis particularibus nibil sequitur.

Demonstratur : Quia si ambae sint affirmatiuæ , mediū non distribuitur , quod pugnat cum conclusione secunda. Quod si vna sit affirmatiua , negatiua altera , atque adeo medium distribuatur , reliqui termini , duo videlicet extrema , in antecedente erunt indistributi , consequentes in conclusione , vbi vnum extremum de altero negari debet , si in antecedente processit negatio vnius de medio , aut vicissim , dabitur processus à non distributo ad distributum contra conclusionem tertiam. Ex puris ergo particularibus nibil legitime sequitur.

### C O N C L V S I O . V.

**S**i ambae præmissæ sunt affirmatiue , conclusione quoque esse affirmatiuam , necesse est.

Claram est : nam quoties aliquid affirmatur de omni , debet quoque affirmari de quolibet contento sub omni. & quoties aliquid negatur de omni debet itidem negari de quolibet contento sub illo. Ecce ! vi prioris principij conclusio non potest esse negatiua , vi posterioris autem conclusio ita est negatiua , vt tamen vna præmissarum quoque debeat esse negatiua : ergo si ambae præmissæ sint affirmatiuæ , conclusionem quoque talēm inferri necesse est.

C O N .

## CONCLUSIO VI.

**E**x puris negatiis nibil sequitur.

Ratio est, quis in syllogismo constante ex meris propositionibus negatiis tam aperte peccatur in principia logica & metaphysica, ut non indigeat ulteriore aut probatione aut explicatione.

## CONCLUSIO VII.

**S**i altera premissarum est particularis, & altera universalis, conclusio non potest esse universalis.

Demonstratur: Aut enim ambæ præmissæ sunt affirmatiæ, aut una est affirmativa & altera negativa, cum ambæ negatiæ esse nō possint ex dictis precedentia conclusione. Si ambæ sunt affirmatiæ, tunc solum subiectum propositionis universalis distribuetur, ceterique termini erunt indistributi. Hoc posito vel medium terminus est distributus, vel maius, aut minus extremum. Si medium, cum conclusio sit universalis, nullum autem extremorum sit distributum in antecedente, dabitur processus ab aliquo termino in antecedente non distributo ad eundem in consequente distributum, quod fieri non potest, ut constat ex Conclus. III. Si mediū non est subiectum propositionis universalis affirmativa, non erit medium distributum, quod est contra Conclus. II. Quoties ergo utriusque præmissa est affirmativa & una universalis, altera vero particularis, fieri non potest, ut conclusio sit universalis.

Si vero una sit negativa, affirmativa altera, tunc vel affirmativa est universalis, & particularis negativa, aut contra. Si primum, subiectum negatiæ, & prædicatum affirmatiæ erunt indistributa,

hoc autem utrumque non potest esse medium, quod semel debet esse distributum, ergo vel maius, vel minus extremum erit indistributum, quia autem conclusio est universalis, & est negativa, atque adeo utrumque extremum conclusionis distribuitur, dabitur iterum processus ab aliquo extremo in præmissis non distributo ad idem in conclusione distributum contra Conclus. III.

Denique si affirmativa sit particularis, & negativa universalis, subiectum & prædicatum affirmatiæ erunt indistributa, consequenter aliquod extremorum in affirmativa præmissa non distributum distribuetur in conclusione negativa, quod cum fieri non possit, conclusio universalis esse non potest, si præmissarum una sit particularis, atque altera universalis, quod erat demonstrandum.

## CONCLUSIO VIII.

**F**igura syllogistica sunt tantum tres, non autem quatuor, ut posuit Galenus, longe minus oculo, quod insinuat P. Izquierdo.

Probatur: Figura syllogistica est dispositio medij cum extremis secundum subiectiōnē & prædicationē; sed hæc dispositio potest esse tantum triplex, scilicet ut bis subiectiatur medius terminus, & bis prædicetur & semel subiectiatur, ac semel prædicetur, ergo &c. Major est definitio figuræ, quam negare non potes, nisi afferas meliorem: minor est evidens, cuius evidentiam mihi non tollit figura Galeni nec magis confundere addiscen-tium intellectum, quam extirpare, pascitum cum nulla necessitas affulgeat, eam à primâ figurâ Aristotelicâ distinguendi.

Dices: Sola transpositio proposicio-

num facit modos diuersos in *refere* & *causis* mēbris. Item in *dabitis* & *disamis*, ergo si transpositioni propositionum accedat, transpositio mediij termini erit noua figura, cūmque hoc fiat in figura Galenī, hēc erit à primā Aristotelis distincta. Respondeo concessō antecedente, nego consequentiam, quia transpositio propositionum non est de conceptu *figura*, consequenter eam non immutat, immutat tamen *modum*, qui est *dispositio propositionum*; in figura ergo Galenī cūm semel subiiciatur & semel prædicetur medium terminus, non est diversa dispositio mediij termini: cum *extremis secundum subiectiōem & predicationem*, nam, sicut in Aristotelica, semel subiicitur & prædicatur. Ergo est eadem figura, quia est idem *utriusque conceptus*, qui in sola dispositione mediij cum *extremis* consistit.

### C O N C L V S I O I X.

**D**antur modi utiles, qui uniuersim sunt novendecim, in 1. fig. nonem, quatuor videlicet directis, & quinque indirectis, in secunda quatuor, sex in tertia.

Probatur: Tot sunt modi utiles, quot fundantur in allatis principijs, sed novendecim in ijs fundantur, ergo sunt novendecim modi utiles. Minor explicatur; & in primis quidem quatuor modis directis primaz figuraz tam clare relucent dicta principia, vt concessa majore & minore, nō nisi ab insano negari possit conclusio. Quo ad ceteros modos omnes idem demonstrari potest per reducctionem ad illos quatuor; triplici autem modo id solet fieri, instrumentum per expositionem, quando videlicet medium terminus communis mutatur in singularem. Secundò ostensō convertendo aliquam, aut ali-

quas propositiones syllogismi imperfecti iuxta regulas conuersionis, quas tradunt Summaristæ, & componendo ex conuertentibus syllogismum perfectum, qui inferat conclusionem eandem, quæ erat in syllogismo imperfecto. Cūm enim, quidquid legitimè infertur ex consequente, itidem legitimè inferatur ex antecedente consequentis, vt est certissimum; si ex conuertentibus præmissarum syllogismi imperfecti legitimè illatis per conuersionem ex ipsis præmissis conclusio syllogismi imperfecti, evidens est, quod huiusmodi conclusio ex ipsis præmissis syllogismi imperfecti etiam inferebatur; ac proinde concessis præmissis male fuit negata conclusio, quod est modum esse utilem, ac regulatum iuxta allata principia non quidem clare, ac formaliter seu explicitè, implicite tamen, & equivalenter, ac obscurius, unde etiam hi modi imperfecti vocantur, non quoad materiam aut formam syllogisticam, sed quoad claritatem prædictorum axiomatum, quæ tantè claritate, quantà in primis quatuor, in illis alijs non relucent, vt concessis præmissis, & negata conclusione statim appearat aliquid horum principiorum esse negatum.

Per deductionem autem ad impossibile sequitur solidè ac evidenter demonstratus bonitas syllogismi imperfecti, deducendo negantem, concessis præmissis, conclusionem, ad concedendas duas propositiones aut contrariè, aut contradictioni oppositas simul veras, quod repugnat. Concessa etiam veritate præmissarum syllogismi imperfecti, si quis neget conclusionem, eius contradictioniam tenetur concedere. Quo posito ex ipsa contradictionia

dictoria conclusionis negatæ, & ex altera præmissarum concessâ faciēdæ sunt duas præmissæ syllogismi perfæcti, & ex his inferenda conclusio opposita alteri præmissæ concessæ. Ecce! ad quas angustias reduxeris, ausum tibi negare conclusionem syllogismi imperfecti. Præmissam iam antea concessam negare non potest, alteram præmissarum vt pote contradictoriam conclusionis negatæ negare non audet, conclusionem syllogismi perfecti vt pote lumine naturæ notam debet concedere; si autem concedat, concedit cōtrarias, aut contradictorias esse simul veras, quod est impossibile. Malè ergo syllogismi imperfecti conclusionem negavit, quod erat demonstrandum.

## COGITATIO NOVO S A C R A V.

### *De Argumentatione & Syllogismo.*

I. *SYLLOGISMVS est vita humana.*

II. *Cuius MATERIA proxima corpus & anima, remota Terra, Cœnia, nihil.*

III. *Cuius FIGVRÆ virtutes.*

I. *Fig: Charitas in Deū & proximum, ad hanc pertinent reliquæ virtutes, Religio, & IV. Cardinales tāquam V. MODI INDIRECTI.*

II. *Fides IV. continet modos credendi in DEVVM Patrem, Filium, Spiritū Sanctū, & Incarnationē Domini nostri IESV Christi.*

III. *Spes VII. modos sperandi complectitur in oratione Dominica expositos.*

IV. *PRINCIPIA dirigētia generalissima duo sunt; FAC BONVM, DECLINA A MALO.*

V. *REGVLÆ Generales ad dirigendum cursum vita humanæ tot sunt, quos praecepta Decalogi.*

Sicut DIATHECTICA profana Argumentationem, quæ est Oratio, in qua una veritas colligitur ex altera, diuidit in Syllogismum & Enthymema, illum deinde subdiuidit in Analyticum, Topicum, & Sophisticum, ita & LOGICA sacronoua circa syllogismos sub eadem divisione versatur, ita quidem, ut vsum syllogismi probabilis quo mundus errat, dedoceat, Sophismata vero ab orco procula ostendat à vero & summo bono aliena, doceat autem vsum, quod CHRISTUS optimus Magister fecit, Enthymematis, proponatque principia evidētia ac certa ad Conclusiones demonstratiuas inferendas.

Primo igitur syllogismo Topico vtitus mundus, ut persuadeat vana vanis, huius exemplum inter alia suggerit sacer tex-  
tus in diuite illo, qui iuxta mundi regulas secum

O

secum hunc in modum ratiocinabatur.  
*Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* Ecce MAIOR! cui mox subsumpsit: *boc faciam; destruam borrea mea,*  
*& maiora faciam: & illuc congregabo omnia,*  
*que nata sunt mibi, & bona mea;* & dicam anima mea: *Anima mea babes multa bona*  
*posita in annos plurimos.* En MINOR! audiamus argumenti CONCLUSIONEM:  
*ERGO requiesce; ERGO comedere; ERGO bibere; ERGO epulare.* Philosophi fugiamus hos modos ratiocinandi Topicos, qui nuntiuntur supposito de vita nostrae longuitate; *stulte bac nocte animam tuam repetunt à te, qua autem parasti, cuius erunt.*

SYLOGISMVS deinde Sophisticus dæmonis partus est, cuius tot sophismata, quot verba, ut appareat ex argumendo, quo protoparenti nostro in paradyso imposuit, cuius MAIOR erat hæc: *Homo ad Dei imaginem creatus debet eniti, ut fiat similis DEO, MINOREM deinde subiunxit: In quocunque die comedetis ex eo, eritis sicut Diij;* conclusit tandem, ergo debetis comedere de fructu vetito. Placuit Sophisma Euæ, persuasit quoque Adamo, nec se prius deceptum sensit, quam cum paradyso eieques, procul à cælo nudum ac miserum se tanto magis Deo dissimilem factum esse defleuit, quanto illi fieri similius imprudens concupiuit. Verum huic paralogismo diuina Sapientia meliorem opposuit, argumentationē, quam ipsam fecit, dum sub MAIORE nimirum Naturâ Diuinâ, Æternâ, Immensâ, Omnipotente assumpsit MINOREM naturam videlicet, quâ paulò minoratus est ab Angelis, humanam, & in Crucem aduersarium Sophistam dæmonem orco CONCLUVIT.

Restat, quo Logica sacra vtitur, SYL-

LOGISMVS demonstratiuus, quâdo ex præmissis certis, primis videlicet Christianæ veritatis principijs, certas infert Conclusiones: primæ veritatis effatu est Matth. 16. *Quid prodest homini uniuersum mundum lucrari, anima verè sue detrimentum pati.* & ad Hebr. 9. eadem magistra ore Apostoli hanc enunciavit evidenter ipsâ quotidiana experientiâ ac certam Enuntiationem: *Statutum est hominibus somni mori, post hoc autem iudicium.* Certum itidem Fidei certitudine est illud principiū Diui Petri: *CHRISTVS passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, ut sequamini vestigia eius.* Ex his nunc aliisque principijs partim Fidei diuinâ certis, partim lumine naturæ evidenter deducite Philosophi perbonam Illationem consequens præmissis suis correspondens, & conforme. DEVS est, & Iustus & Misericors est, ERGO timabo Iustum & amo Misericordem. Nihil prodest lucrari mundum, & perdere animam, ERGO pro momentanea voluptate non mercabor æternitatem misericiarum. CHRISTVS est mortuus in cruce pro me, ERGO non habeo maiorem in mundo amicum. ERGO nulli impostorum amplius ullum locum dabo inimicitiae me inter & ipsum. ERGO ipsius vitam varijs Virtutum, Castitatis, Patientiæ, aequilibrio æmulabor.

Vt verò etiam aliquid de Enthymemate dicamus, ENTHYMEMA Logicæ Sacronouæ est CHRISTVS crucifixus, pro antecedente habet sudorem sanguineum, vincula, funes, catenas ferreas, alapas, flagella, coronam spineam, vulnera, mortem. Pro consequente victoriam, triumphum. Nonne oportuit Christum pati antecedenter, & ita ex consequenti intrare in gloriam suam.

Ad

Ad huius itaque argumentationis exemplum quoque Philosophi vita ENTHYPHEMA regulandum est; Beati pauperes Spiritu, ecce ANTECEDENS! quoniam ipsorum est regnum celorum. ecce CONSEQUENS! Beati mites, eadem prima veritas afferit, illi videlicet, qui in hac vita illatas sibi injurias non vindicant, qui dipteria in se iacta non retorquent, qui maleficia beneficijs compensant. Ecce ANTECEDENS! quoniam possidebunt terram. En! CONCLUSIONEM à primâ veritate illatam.

Beati mundo corde, ANTECEDENS fateor per totam vitam, & longum & difficile. At iucunda illatio, & lata CONCLUSIO, DEVUM videbant.

Sed pro dolor! multi fecerunt Antecedens bonum, & non eiusdem bonitatis intulerunt Conclusionem. Quid defuit illatio deerat, nulla fuit connexio antecedens inter & consequens. Tres, nostis Philosophi, partes esse bonae argumentationis. Antecedens, consequens, & notam illationis, è cuiuslibet horum defecit, argumentatio deficit. Bene cœpit argumentari Iudas; erat discipulus Christi, vocatus ad Apostolatum, ANTECEDENS bonum. Sed pessimè conclusit, collum quidem laqueo, vitam turpissimam morte, corpus autem cloacâ, & animam gehennâ. O pessimam CONCLUSIONEM! Quid de Angelis dicam; celestes erant Luciferi præmissæ, consequens infernale. Quid de Lutherô, de Caluino, de ceteris qui nostri hereticis; quibus omnibus illa pars defuit, quæ usque ad mortem vitam bonam continuaret. Ut ergo probat illatio, pro maiore discursu tuæ vita ponenda fides de Christo; & subsumenta hinc firma in DEVUM spes, atque fidu-

cia; ex utraque porrò hac virtute in antecedente præmissâ, per mortem veluti notam illationis in alterius vita consequente charitas est concludenda. Si ergo infernal Sophista dubium tibi in fide obiicit, MAIOR EM tuam pro me: Credo, ego, credo, inquietus, & nullies moriar pro hac Fide; vicisti Philosophe. Quod si ulterius urget ille, & alio medio fiduciâ tuam in DEVUM labefacere allaboret, MINOREM illam tuam oppone: Spero, exclamabis, vulnerasti hostem: si denique charitatem tuam blasphemâ tentet cogitatione. Amo reponas. Tu scis mi DEVS, quia amo te ex toto corde meo, CONCERNISTE inimicum...

• Videte autem quid agat nequissimus Sophista dæmon, assumit sociam Carnem, & Mundum comitem; simul autem omnes irruunt contentioso clamore. Comedamus & bibamus, O soror anima! inquit caro, cras enim moriemur. Honori tuo hic obstat, acclamat Mundus, ergo deiice è gradu hominem, & per huius casus tamquam scalas ad honoris aram citer. Iniuriam tibi fecit ille, aut vir non es, aut iniuriz tuæ inimico parentas crux; ergo vindica. Dei offendit mundus, subinfert dæmon, misericors est, aude ergo aliquid misericordiâ Dei dignum. Enimvero auditur mundus, assentimur carni, dæmoni obsequimur, fundimus cruentum humanum, ascendimus apicem dignitatum per aliorum ruinas, voluptibus indulgemus, negamus propositiones à Sapientia diuina factas, à Mose in decalogo promulgatas, & à Christo Magistro & Doctore supremo confirmatas. sed non impunè: veniens enim veniet, & non tardabit. Arguet mundum de peccato; & loquetur eis in irâ sua, & in furore suo concutatur

*tarbitur eos. Argumentabitur & ratiocinabitur contra eos, propositiones suas de præcepta malè à malis esse negata, demonstraturus. Si enim concessisti Christo Philosophi has *premissas & antecedens*; honestum est præcepta decalogi obseruare, quod negare non potestis, negastis tamen consequentiam operis per actum voluntatis contrarium, & peccaminosum. Enim vero pessime à vobis negatam conclusio nem, in generali examine Iudicij vobis pessimis Philosophis demonstrabit P & R REDUCTIONEM OSTENSIVAM videlicet, EXPOSITIONEM & REDUCTIONEM AD IMPOSSIBILEM. Primò autem per EXPOSITIONEM peccatorum vestrorum sic arguet ignorantiam vestram: Esurius, & non dedistis mibi manducare, sitiui, & non dedistis mibi possum, hospes eram, & non collegisti me, nudus, & non cooperuisti me, infirmus, & in carcere, & non visitasti me, Nec scio Vos.*

*Transibit deinde ad REDUCTIONEM OSTENSIVAM, atque per ostensionem vulnerum sanctorum demonstrabit insaniam*

*vestram. Ponet ante oculos infelcis peccatoris cicatrices plagarum suarum, ostendet crucem, in qua pependit, passiones enumerabit, latus aperiet, atque inde cruorem plena manu concipiet, & in faciem titubantium ac emorientium intorquebit, abite maledicti. nihil vobis profundit vulnera que despeexistis superbi; nihil sanguis pro vobis effusus iuuat, quem conculcastis impudici; nihil cor meum, quod odistis blasphemari; nihil lachrymæ meæ, quas irrisistis, nihil crux, quam fugistis. abite maledicti. Deniq; AD IMPOS SIBLE aduersarios suos deducet, cùm venierit iudicare argumenta bonorum, & malorum, ut sedarguat falsas horum illustrationes, & corrigat igne extinguibili. Ita, detonabit, Ita maledicti mundi SCHOLARES, in ignem aeternum, Inferoru SCHOLAM, qui paratus est diabolo, PRÆCEPTORI vestro, & angelis eius, vestris CONDISCI PULIS. O Miseri! iam REDUCTI estis AD IMPOSSIBILE, quia in inferno nulla est re demptio.*



DISPV.



**DISPV TATIONIS PHYSICÆ**  
**P E R**  
**COGITATIONES PROFANO**  
**SACRAS PROPOSITÆ.**  
**PRO OOE M I V M.**

**CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM. Psal. 97:**

TRES modi sunt, quos nobis Sacer Textus, & SS. PP. sug-  
 gerunt, laudandi, gloriāq, & honore afficiendi DĒVM  
 gloriosum. Unus quidem per linguam, de quo Magnus  
 DEI amicus Moses Cantemus Domino, gloriosè  
 enim magnificatus est. Alius per vitam & recte factateste D. Au-  
 gustino in Psal. 149. Vetus homo, vetus canticum: novus ho-  
 mo, novum canticum. & paulò post: Quisquis terrena diligit,  
 vetus canticum cantat, qui vult cantare canticum novum, di-  
 ligat æterna. His accedit tertius ex creaturis: Est etiam, inquit  
 aureo melleus ore Chrysostomus in Psal. 148. quæ fit per ipsam  
 creaturam glorificatio, Cæli enarrant Gloriam D E I, & o-  
 pera manuum eius, &c. Ita hic etiam laudat eum creatura  
 pulchritudine, positione, magnitudine, naturâ, vñsu, myste-  
 rio, perseverantiâ, vtilitate, quæ ex ea proficiscitur. Quan-  
 do ergo dicit, Laudate Dōminum Angeli, Virtutes, Cæli, Lu-  
 na, Sol, Stellæ, Aqua, quæ est super Cælos, hoc dicit, vnum-  
 quodque eorum, quæ facta sunt, dignum esse Sapientia Effe-  
 ctoris, & esse plenum magno miraculo.

P

Ita

Ita quidem eleganter S. Doctor, omnes creaturas vult esse MUSICOS, per ESSE suum & OPERARI magno Conditori perpetuas laudes concinantes, quod nihil aliud est, quam totum hunc, quam latè patet, Terrarum Orbem, Chorum Musicum esse in tres alios subdivisum, Superum nempe, Terrestrem, ac Inferum: laudes enim gloriose Artificis sui concinunt, & muto ore Creaturarationis expertes, & sonorâ voce, qua intellectus sunt instructa. Genij quidem illi diuina natura amuli laudant, & canunt linguâ Angelicâ, at è Materia & Forma concretus homo laudat, canit, & pulsat tum voce viuâ, tum vita vocali. Condit & ergo à DEO creature omnes, qua Mundum hunc incolunt, voces in diuina exaltant praconia, quod naturâ suâ, magnitudine, pulchritudine, inde manantibus effectis, non interruptâ suâ perpetuitate monumenta sint, siue note Hieroglyphica accessaq; faces potentis omniscientia, & omnipotentis sapientia prouidentissimi opificis. Intonant Erebo sepulcri mortuâ voce diuina iustitia grauissimum, infimumque BASSVM, eternum illud suum ac illatibile VAE, EHEV, SEMPER, NVNQVAM ingeminando. Ex aduerso ALTVMLatûmque extollunt Tonū siderea Cines Aula letitiâ Calos perstrepentes. Accinunt è medio, reliqui orbis animati exanimésque Incole, eodem in choro cantum (ut loquuntur Musici) planum notis seu sonis (ut vocant) grauibus, æqualibus, dum æqualiter natura, iubente DEO, CVIQUE SVVM dispensat; discurrunt autem super hanc veluti basin notas ac sonos Choragi Angelus & Homo, cùm ex earundem intuitu in laudes Conditoris assurgunt teste S. PAVLO: Inuisibilia enim DEI per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, & est (sicut verbo venia) CONTRAPVNCTVM formare.

Superus itaque sidereisque Chorus, Choragô Angelô, iucundissimo concentu in Triumphale artificis sui carmen erumpunt. Ipse, intonant, Ipse fecit nos; cui inferior Terrestrisque Chorus Chorago homine

homine veluti Echo pari dulcedine respondeat : & non ipsi nos : sōnūsque adeo ingens concrepat, ut cardines mundani Theatri, septem orbis Columnæ, à voce concinentium concutiantur. Jubilat enim & applaudit mundus totus ad laudes Conditoris expperrectus. Ipse fecit nos sua immensa POTENTIA, repetit ille : & non ipsi nos, quia sumus ex nihilo, iterat iste. Ille : Ipse fecit nos inenarrabile SAPIENTIA, & non ipsi nos, quia ignorantia tenebris sepulti inuoluebamur. Ille : Ipse fecit nos infinita BONITATE, Iste, & non ipsi nos, qui nihil tale promerebamur. Simul deinde omnes : Ipse fecit nos, Ipse fecit nos : Ipse FONS VITÆ, nos inde effusi riuuli ; Ipse SPLENDOR SAPIENTIÆ INDEFICIENS, nos emanantes radij ; Ipse RADIX toto orbe terrarum explicata BONITATIS, nos ex ea succrescentes ramuli.

Insignis porrò hic cœlestis terrestrisque Chori aggregatus concentus sine moderatore esse non poterat. Adam ergo Protoparens noster Artis Musica peritisimus tunc quidē à DEO praeesse Choro terrestri iussus est. Et ille quidem adhuc omnis culpa expers dextre citharam pulsabat, Iustitia illa indita, qua discordes animi motus concordabant haud aliter, quam chorda per lyram extensa, ubi perita manus attacca artifex dissonam explorauit vocem, facili industria, qua discrepabant, consonant fides ; haud aliter Musicus Adam motus animi dissonos in consonum aptabat melos, amore chordas pulsante ad nusca moderatricis prudentia. At verò, posteaquam peccati veneno amor Numinis corde pulsus in exilium abiit, chordæ inferiores laxata, atq; à Superioribus dissonæ, passionibus nempe à ratione discordibus, diffusa est suavis, cui Cœlum applauidebat, harmonia, affectus rationis, ratio ipsi DEO obtemperare neglexit : quo factum est, ut ad insipientiā redacto chorago, totus concinentium creaturarum chorus, aut conticuerit, aut imperitū ediderit modulamen. Interim diuina Sapientia consilio alter è Cœlo ADAM è VIRGINE solo succreuit,

*ut diffonas concordaret fides, atque in Crucis ligno extensus cithara malestrepere chordas cruore suo inunctis fidibus ad pristinam diffoni cordis corrigeret concordiam. Vnde prior reddit a est utriq; cho-ro suauitas, ac praesse iterum iussus est homo, qui toties cithara pulsat suauiter fides, quoties post natura mirificos effectus in notitiam Creatoris per accuratam cogitationem intimi cordis neruos peritus. Fidicen explorat, & toties vocem ad Cœlos exaltat, quoties perspicaci mentis oculo perlustrata creaturarum varietate in huius mundani Theatri gradibus veluti scalis musicis omnipotente manu descriptis, atque in ipsis tanquam notis resplendente gloria Artificis, rationali anima lingua in laudes conditoris eloquentes sine voce amoris motus effundit.*

*Quare cum Physici munus sit, totum hunc Terrarum Orbem trino intellectus oculo, praesente nimirum præteritarum rerum memoria, & sincero hinc emanante iudicio, atque inde profluente cursu percurrere, eiusdem quoque munus erit, in diuinis Conditoris laudes anima linguam exaltare, & in qualibet minima creatura maximum Factorem, velut ex ungue leonem, admirari, deprecicare. Frustra profectò Philosophi, Frustra nocturnas vigilias, ut intima Terrarum viscera mentis acie penetremus, impendimus, immensos Cœlorum ambitus vigili intellectus oculo frustra emetimur. Frustra rerum naturas atque proprietatum inexplicabilem veritatem perscrutamur. Mihi credite inanis labor est, vanus conatus, frustus nullus, si à notitia creaturarum Musices utile studium ( diuinis Conditoris laudes volebam dicere, & PHYSICAM SANCTAM ) imperite sciungimus. Erat olim, & nunc est Physica profana usque ad prodigium peritissimus Tartareus ille Genius qui totius natura amplissima scientia elatus, cum debuisset Creatori Eucharisticū melos modulari, suo fastu tumens diffonā emisit vocem; unde chorō superō pulsus, extorris Cœlo, orci perpetuus Incola, blasphemō ore infernalem evomit Lessum.*

Nos

*Nos igitur meliora moniti , quoties aliqua Creatura seu Nota diuini Conditoris in hoc uniuersi Theatro descripta occurrerit , erigamus oculos in Creatorem D E V M ; et vocali silentio laudes Artifici decantemus . Intuemur fortè seregum Solis iubar , aut diei amulam Noctem tot gemmis , quo<sup>t</sup> affulgentibus stellis distinctam . O pulcherrime Siderum Princeps , cantabimus , ô Sidera corusca , qua damnati aeternis tenebris sepulti , nunquam intuebuntur . Et vice versa , cum tristior nubes Phœbi radios excluserit , musicâ voce ô diem , exclamemus , acerbum ! sed cheu ! quanto tristiores sunt ac luctuosiores Inferorum dies ! Si tetra nox terris incubat , iteremus carsum : quanto tetricior , inquietus , caligo , nōxq; obscurior dannatos involvit , qua tamen nunquam eos Tartarcis pradonibus abscondet , nunquam eorum carnificibus eripiet vnguis ! Sed ne longius , quā par est , in Proœmio exsurram , cantatum nunc quidem satis est .*

## IN LIBROS DE COELIS ET M V N D O

### PHYSICÆ ARISTOTELICÆ.

**D**ISCICAM circa Corpus naturale speculando versari , nulli dubium esse potest , qui vel rudem huius scientie notitiam habet ; nam Philosophus echo Physicorum libris nibil aliud explicat , quam corpus naturale in genere , principia minima et intrinsecatorias in Fieri et Facto , ac extrinseca , causam videlicet efficientem , scilicet materiam extrinsecam , quod quidem duobus libris praefbat , sex deinde reliquis proprietates eiusdem examinat , motum in primis , qui quadruplices est ; generationem , alterationem , augmentacionem , et locomotionem . Per tractato bunc in modum corpore naturali in genere , Physici ad corpus naturale in specie descendunt , quod cum aliud sit corruptibile , incorruptibile aliud , celeste hoc , sublunare illud , primò naturam , numerum et accidentia Ceterorum inquirunt , deinde infra Lunam se demittunt , ut corpus corruptibile speculentur ; quæ in re iterum accurata metodo ab imperfectioribus ad perfectiora nature exemplo progrediuntur . Quare ab Elementis initium faciunt , inde gradum ad Mineralia promarent , postea ad viuentia trans-

Q

fuerint ,

seunt, quorum cum alia imperfectiore vita, vegetativa videlicet, ut planta, & perfectiore alia, nimirum sensitiva, ut bruta, alia demum perfectissimâ & rationali ut homines, gaudant, more suo ab imperfectioribus ad perfectiora, à plantis ad bruta, ab his ad homines discendo, docendi quoque ascendunt, ut ita corpus naturale humarum finis sit, & complementum scientie Physicae.

Protestatus sum ego non semel in Logica, me cogitationes difficiliores Logicas alijs The-sibus tractasse, & Physicas quoque minori reservare pagelle; proinde non erit necesse eandem imposterum iterare cantilenam. Methodo quidem utrali, ut post cogitationes de Mundo in genere, & libros de Cœlis, à sublunaribus ignobilioribus gradasim ad nobiliora ascendam, et verò qua de principijs in genere, & causis scitu facilitiora, ac necessaria sunt, ex ordine, quo in Physica tractari solent opportune, nisi fallor, suis locis immiscui, ut nihil ad notitiam corporis naturalis in genere aut in specie, quantum illi exigunt, qui speculationes graniores doderunt, debere videatur; & hunc quidem scopum profanis cogitationibus prefisi. Ad Sacras quod attinet, in eo potissimum labor meus versatur, ut ex operibus magni DEI tanquam ex vngue admirari discam Gloriam Architecti. Addidi quoque imagines, tum quia Illustribus DD. Dilectionibus placuit, tum ut be quoque rudi Spectatori Sacra Christiana eloquerentur. & quod cogitationibus deest, pondus facerent & pretium, donec amicus Lector ingenio suo meliora ac magno uniuersi Architecto digniora cogitauerit.

## COGITATIO PROFA- NO ANTIQVA I.

### *De MUNDI Definitione.*

MUNDVS à Philosopho definitur: Compages è Cælo, terraque coagmentata, atque ex ijs naturis, que intra eam continentur. Dicitur autem primò compages, id est totum per aggregationem, ne quis existimat, quod quidam Ethnici senserunt, Mundum esse totum physicum, id est tale totum, cuius partes unione physica connellantur. Quam compaginem claganter D. Ambrosius l. 2. Hexam. c. 1. descripsit: *Quis, inquit, non miretur dissimilibus membris disparem mundum in corpus unum assurgere, & insolubili concordie, charitatisque lege in societatem, & connexionem suam distantia conuenire, ut que discreta natura sunt, in unitatis & pacis vinculum, veluti in dividua compactionenectantur?*

Dicitur II. Coagmentata, id est com-

pages certo ordine disposita; sicut enim non quiuis lapidum acerum domus est, nec quoduis aggregatum ex floribus, virgultis, & arboribus hortus dici possit, ita nec quaevis aggregatio creaturarum incomposita omnisciā debet Artificis Potentiam; sed tantum illa, cuius partes debita inter se pulchritudine connellantur iuxta illud sapientis omnia in mensura, & numero & pondere dispositi. Et primò quidem in mensura OMNISCIENTIA, quā certā lege, & gyro vallasti abyssos, circumdedisti mari terminum suum, & legem posuisti aquis, ne transirent fines suos; deinde in numero POTENTIA, quā æthera firmasti sursum, deorsum appendisti fundamenta terræ, montes iussisti graui mole consistere; & tandem in pondere BONITATIS, quā Cœlos suis accommodasti incolis, & facis oriri solens super bonos & malos.

Dicitur III. Ex ijs naturis, que intra eam continentur. Ne Deus & Angeli excludant.

chudantur, qui vtique huius vniuersi p<sup>re</sup>  
maria membra sunt, & constitutiva.

### De M V N D O Maximo.

**D**ividitur porro M V N D V S in Mundum maximum, magnum, & paruum. Maximum est ipse D E S Gloriosus praecontinens in se Idem rerum omnium conditarum, haud aliter, quam Architec<sup>t</sup>us creatus urbem, aut palatium regium, iuxta formam in mente descriptam edificat canente Poeta

Pulchrum pulcherrimum ipse  
MUNDUM mente gerens.

### De M V N D O Magno.

**M**VNDVS magnus, quem suprad dictius Compagem & aggregatum rerum omnium, &c. partus est M V N D I maximus, quem miro artificio etiam imitatur. Nam unus est, sicut & ille unus, cum nulla ratio, nulla experientia, revelatio nulla contrarium persuadeat; et si plures sint possibiles maiores aut minores, ex perfectioribus aut imperfectioribus creaturis. Quis enim hoc negare ausit infinitas Potentias ac Sapientias Conditoris, teste Theodoreto l. 4. de materia mundi. Neque quodcumque poteris, creare voluis, sed ea dominaxat, que esse sua Sapientia comprehenit. Facile enim illi fuerat de cœs ac vices multis operes produrre, quandoquidem ipsam velle mandat omnium operum est facillimum. Deinde suo quoque modo Trinus est, cum subdividi possit in mundum intellectualem, cœlestem, & elementarem, ut T R I N I T A S indicetur. Ad intellectualem Angelii spectant, quorum tres sunt Hierarchie, & harum quilibet in tres alias ordines distinguitur ad honorandum i-

dem fortassis TRINITATIS Mysterium.

Cœlestis, de quo pluribus suo loco, in novem orbem distribuitur multorum Astronomorum suffragio; quorum primus viginti quatuor horarum lapsu reliquos secum voluit nullo lumine præditus, o<sup>mn</sup>is vero innumeris stellis tanquam geminis aut floribus consitus miro splendore resulget. Ceteri septem uno tantum, quantum quidem humana oculis experiri possumus, errore constat: Omnes porro hi planetæ veluti imperturbabili pace ac inter se foedere unitatem M V N D I maximam, ita pariter triplici effectione, motu PATREM, splendore FILIUM, & influxu SPIRITUM sanctum designant.

Elementaris denique Mundus qui ex quatuor corporibus primis, seu elementis constitutus, & ipse obscuro licet vestigio Unitatem & Trinitatem Dei Architecti simulatur Unitate materie & nouenâ formarum genericâ distinctione; sicut enim tres Hierarchias Angelicas esse dividimus, & tres cuiuslibet Hierarchie ordinis, ita tres sunt series mundi elementaris, & cuiuslibet seriei tres ordines; Prima series inanimatorum, viventium, vita vegetativa tantum altera, tertia est sensitivorum. Inanimatorum genus triplex elementa nimirum continet, meteora, & mineralia. Vegetativorum series, fructices, plantas, & arbores complebitur. Sensitiva sunt aut Zoopbita, aut nascentia ex putri, aut maris ac fagine operâ progenita. Unitas itaque materie & triplex formarum genus in tres subdivisum ordines Unitatem & Trinitatem M V N D I maximam tuncque insinuat. Quod si magnis viris placuit, per animas unitatem, & tres eiusdem potentias memoriam, intellectum,

*et adiunctam mysterium Trinitatis adumbrari. Quis mihi vitio vertat ex aliquam creaturarum triplici gradu effendi, vivendi, ac sentiendi in meditationem a iudicem admirabilis accani assurgere. Alius enim MUNDI maximi perfectiones, quomodo in MUNDO MAGNO relucant, singulis in particulari materies demonstrabunt.*

### De MUNDI Parvo.

**M**UNDVS Parvus seu MICROCOsmVS Mundi magni compendium est. Anima etenim Cælum repræsentat: vñluntate quidem primo mobili, quod subiectos secum rapit orbis assimilari potest. Intellectus qui tot genitris aut synderibus emicat, quot scientificis veritatibus illustratur. Firmamentum refert, concupiscibilis Luna volubilitatem, Solis testudo irascibilis simulatur, quinque sensus reliquos quinque Errones designant. De munus in esse (vt Philosophi loquuntur) clementa & lapides, vegetatione germinâ, & sentiendo animantes non tantum exprimit, sed includit. Ut verè Mundi magni Epilogus ac Argumentum, De iq; Idælis mundi imago dici possit, ac debeatur. Quem tamen hoc loco præterire necesse est, cum specialem sibi & ultimum locum vendicet MICROCOsmVS humanus & animalius.

### Q V A E S T I O I.

#### De PRINCIPIIS MUNDI in Fieri & in Facto.

**D**isputant nunc Philosophi, an liberè, an verò naturæ necessitate, veluti ignis producit calorem, Deus mundum

efficerit. H. An ab æternio potuerit produci. III. Quorū sint mundi principia ex fieri & in facto. Ego duabus questionibus prætermis, tertiam examinandam suscepī, cuius resolutio cùm pendeat ex ijs, quæ de principijs corporis naturalis in Physica statuimus, ideo hoc loco referenda duxi, cùm usurpatus methodo, quæ de præsenti maximè conueniens apparebit: ut nimirum post allatas conclusiones de principijs in genere, hæc questio in particulari decidatur.

Certū igitur est primò, illud dici principium in genere, quod est prius altero habente secum peculiarem aliquam cōexionem qualcumque v. g. Crux manè facta est principium reliquarum actionum eiusdem diei; nam habet in primis prioritatem temporis respectu principiati, actionum videlicet consequentium; nec caret debita cōexione cum iisdem, è quod ab eadem procedant animâ, à qua illæ efficiuntur, quæ est peculiaris & sufficiens connexio requisita ad naturam principij. Econtra Infans hodie natura non est principium pluviæ crastinæ, ob defectum peculiaris connexionis infanciem inter & pluvias, licet enim ambo hie efficiant à sole procederent, hæc tamen peculiaris connexionis non foret, sed omnibus fere totis corruptilibus communis & transcendentalis. Hinc autem intelligi potest, quo sensu dixerit Philosophus, PRINCIPIVM est, unde aliquid aut sit, aut est, aut cognoscitur. & D Thomas: PRINCIPIVM est omne id, à quo aliquid procedit quomodo cumque.

Certum est II. PRINCIPIVM in genere explicatum diuidi in principia offendi, & cognoscendi. His reliquis, uti sunt obiecta præmissarum respectu conclusio- nis, &c.

nt, &c. subdiuiduntur principia *essendi* in ea, vnde aliquid sit, & ea, vnde aliquid est; quorum numero etiam censentur principia physica, videlicet principia totius corporis naturalis IN FIERI, & IN FACTO; hæc autem à Philosopho definiuntur, que neque ex se se, neque ex alijs, sed ex his omnia. Subintellige: sunt corpora naturalia substantialia. Dicitur I. quæ neque ex se se, neque ex alijs sunt adæquate illud totum, quod constituunt. v. g. *materia prima* est quidem inadæquate *Leo*, cuius est principium, non tamen sola & adæquate; nam, quod ex terminis eidens est, omnis pars est minor sub toto, consequenter nulla pars, atque adeò nullum principium physicum est adæquate idem cum suo toto, quod verba allata significant. Dicitur II. *Sed ex his omnia*. Eo videlicet modo, quo ex literis Alphabeti omnia vocabula componuntur, sunt quoq; ex principijs physicis omnia composita substantialia physica.

Certum est III. Tres esse partes mutationis formalis, quod ex eius definitione intelligi debet. Definitur enim, quod *fit Transitus de non esse ad esse*. Transitus autem non est solum mediū v. g. sola *Aqua*, quando transit à non esse caloris ad esse eiusdem, non est transitus. Tria ergo intelliguntur immediate per transitum; primum medium seu subiectum, deinde non esse termini ad quem, denique ipse terminus ad quem. Quæ omnia cum implicitè intelligantur vi vocis *transitus*, neque explicari possit per respectum subiecti ad non esse & esse termini ad quem, ideo iuxta regulam nostram partium alibi traditam, hæc talia sunt partes huius totius *mutatio formalis*.

Certum est IV. Tria esse PRINCIPIA

*ut quod totius IN FIERI, videlicet materiam primam, formam substantialem nouam, & eiusdem formæ priuationem immediate precedentem*. Quia tot sunt principia *ut quod totius IN FIERI*; quæ sunt partes eiusdem constitutivæ *ut quod*, hæc autem sunt singula, quæ enumeramus. Dixi principia *ut quod*; nam unio inter materiam & formam nouam & duo instantia temporis sunt partes *totius IN FIERI*, sed non sunt partes *ut quod*, & propterea neque principia *ut quod*.

Certum est V. *Totius IN FACTO* duo tantum esse principia *ut quod*, materiam & formam neque indiget aliâ probatione, aut explicatione, cum aperte sequatur ex propositione precedentis. Nunc ad quæstionem de Mundo propositam.

Respondeo. Mundū considerati posse, vel in conseruari, vel in primo produci. Si secundum, tunc erat quidem mutatio, & transitus à non esse *Mundi ad esse eiusdem*, non tamen *Aristotelica*, qui cum Mundum existimauerit ab æterno fuisse productum, ita definivit totum IN FIERI, ut per nō non esse intellexerit priuationem formæ nouæ, qualis non erat in primita Mundi productione ob defectum medijs seu subiecti apti, quod à priuatione vel essentialiter respicitur, vel omnino ut pars, vt aliqui sentiunt, includitur. Si primū; tunc patet ex predicatis Mundum esse aggregatum ex diuersæ speciei totis & IN FIERI & IN FACTO, adeoque Mundi in conseruari, spectando *Tota IN FIERI*, Tria esse PRINCIPIA explicata, spectando dein *Tota IN FACTO*, Dvo tantum esse PRINCIPIA *ut quod*, materiam & formam.

# COGITATIO NOVO SACRA I.

- I. *MUNDVS Regia est.*
- II. *Cuius FORNIX Calum.*
- III. *Cuius FENESTRÆ Sidera.*
- IV. *Cuius COLVMNÆ Elementa.*
- V. *Cuius REX, & Princeps Homo.*
- VI. *Cuius FAMVL I animalia.*

**P**Ost Logica spineta amoeniores Physica campos ingredimur, siue cogitationes profanas siue sacras spectemus; tot enim se flores intellectu nostro obijciunt, quot creaturas in magno huius mundi campo omnipotens sparsit manus. Ipsi quoque SS. PP. viam, itineris duces magno numero præsuerunt, vagi enim per Physicæ floreta, modò ad Coelorum Fabricam Solis Maiestatem, Lunæ syderumque pulchritudinē attoniti constiterunt, modò gemmarum pretiosum fulgorem, & elementorū concordem discordiam, aut plantarum mirificam virtutem, & innumeram varietatem admirati sunt, modò piscium mutos greges, & avium vocales turmas, ferarūmque exercitus curiosi perlustrarunt, & in omnibus ac singulis Omnipotentiam Potentiam, & Omnipotentem Sapientiam Architecti obstupuerunt. Quare hac primâ cogitatione semitam, quam ipsi triuerunt Meditacionibus suis, contemplabimur, ut deinceps per Physicæ Sacra viridaria præsum-  
zium vestigijs facilius insistamus.

## De Tota MUNDI Fabrica.

**D**Ocent Philosophi alias artes esse actiones, facticias alias, has relinquere opus suum post se, imago v. g. pictoris manu elaborata manet post operationem artificis. Actiones è contra non relinquunt opus post se, vt Saltatoria & Musica ac similes, non enim post operationem, & exercitium Musici, manet cantio, sed cum voce transit: prioris generis opus est Fabrica mundi huius universi, de quo ele- ganter S. AMBROSIUS Hexam. lib. 1. c. 5. Est ergo hic Mundus, inquit, divina specimen operationis, namque ut istarum artium, aliae sunt actuosa, qua sunt in corporis motu, aut sono vocis; cessavit motus aut sonus, nihil superfluit, nec remansit spectantibus, vel audi- entibus. Alia huiusmodi, ut cessante quoque operationis officio, operis manus appareat, ut edificatio atque textura, qua etiam tacente Artifice peritiam eius ostendunt, ut operato- ri operis sui testimonium suffragetur. Simi- liter etiam hic Mundus divina Maiestatis in- signe est, ut per ipsum DEI Sapientia manife- stetur; quæ videns Prophetæ simul, & ad inni- sibilita oculos mentis attollens, ait: quam ma- gnicata sunt opera tua Domine; omnia in Sapientia fecisti.

## De COELIS, Vniuersi TAB- LATO seu FORNICE.

**D**IUS Gregorius Nazian. Nil verò mi- rum, inquit, si homo nouissimus prola- tus est manu DEI, & imagine decoratus; o- pörtebat enim tanquam Regi prius Regiam conser-

confituisse, & ita deum Regem omnibus iam stipatum introducere. MUNDVS igitur huius Sancti Doctoris iudicio DOMVS est, & AVLA regia, cuius PAVIMENTVM Terra floribus veluti gemmis decorata, cuius PISCINA maria, lacus, cuius COLUMNAR montes & colles, cuius LUMINA parua & magna Sol, Luna, Stelle, cuius TEGMEN denique & FORNIX aureus, quod regie omnia Caelum. Neque haec tam mea quam Cyrilli Hierosolymit, Catech. IX. proclara allusio est, vbi Celi peripheriam tabulato ac fornici praecelsa domus comparat his verbis. Quid enim habent, quod accusent in hoc maximo DEI opificio? qui stupere potius deberent insuantes Caelorum magnitudinem, qui adorare deberent constituentem tanquam forniciam Caelum, & ex fluxa aquarum natura indeficientem Celi naturam fabricantem.

### De ASTRIS & SOLE. Mundi OCVLIS.

**T**erram animal esse, non universitatem Philosophi olim erat incepta sententia, qui universum Mundum animal diceret, Legi neminem, complures tamen Mundum animalis similitudinem gerere docent. Nam I. Sicut animal ossibus tanquam fulcris nititur; ita Mundus terra & montibus sustentatur. II. Sicut animal indiget sanguine, qui per venas deductus corpus alit, ita Mundus abundat copia aquarum, quae tum supra Coelos congregatae consistunt, tum per fontes & flumina, Terre que meatus ac fistulas, veluti fibras deriuatas universam Terram irrigant ac foecundant. III. Sicut animalis corpus vndeque permeat purior spiritus, ita hic Mundus plurimum intra se continet subtilioris spiritus, Angelos &

animas rationales IV. Animali binas natura dedit oculos, & duplex huic Universo Deo indidit Luminare, minus Lunam, & Luminare maius, Solem, quem ad nostrum propositum opportunè Mundus OCVLVM appellat. Ambrosius Hexam. l. 4. c. 1. OCVLVS est enim Mundi, inquit, incunditas diei, Ceti pulchritudo, Nature gratia, prestantia creature. Sed quando bunc vides, autorem eius considera; quando bunc miraris lauda prius ipsius Crearem. Si tamen gratus est Sol, qui consors & particeps est creature; quid bonus est SOL ille sufficiat? si tamen velox iste, ut rapidis cursibus die ac nocte lustret omnia, quantus ille, qui ubique semper est, & Majestate sua compleat omnia? Si admirabilis, qui iubetur exire, quam super admirationem, qui dicit Soli, & non exoritur, ut legimus? si magnus est, qui per horarum vices locis aut accedit, aut decedit quotidie; qualis ille, qui etiam cum se exinaniret, ut nos possemus eum videre, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum? si prestantissimus, qui obiectu terre sepe patitur defectus; quanta Majestatis, qui ait: abduc scemel ego mouebo terram? illum terra abscondit, spiritus motum non potest sustinere, nisi voluntatis eius substantia sustinetur.

### De ELEMENTIS quinque Universi SENSIBVS.

**S**icut Animali sensus sunt quinque, ita in Universo hoc, quod paulò ante animali comparauiimus, quatuor Elementa, IV. sensuum vices obeunt, ac suppleunt: nam AVRIBVS, ut audiant, Aer necessarius est; OLFACTVS igneas exhalationes amat; Gustus humore deleqtatur; TACTVS terram sentit; OCVLI in capite ve-

Iusti sidera in Caelo fixa Solis & Lunam referuant. Nuge, inquieris, quid IV. Elementis cum V. Sensibus? sed nuge non sunt, quae placuerunt Ingeniorum Pachennici D. Augustino cogitationes de Genesi lib. 3. cap. 4. Verba ipsius haec sunt: Ita distinguuntur sensus secundum ELEMENTA, ut OEVLOS ad ignem, AVRES ad aërem, OLFACTVM ad exhalationes humidas, quibus graffatur aëris iste, GVSTM ad fluxiles, & corporulentos humores, T A E T V M tandem ad terram novum dicens pertinere.

Longum faret enarrare, quæ mira elegantiæ S. Iean. Chrysost. Hom. in Psal. 134. de Elementis ac Meteoris conscripsit; illud unicum, quo sermonem suum concludit, præterire non debeo. Tu autem hoc, inquit, eorumque diversitatem & varietatem considerans admirare OPIFICEM.

### De MINERALIBVS & PLANTIS Natura FERCVLIS.

M Emini, me in Logicas Proemio VNI-  
VERSVM ACADEMIAZ assimilasse  
quam DIVINA SAPIENTIA ædificauit  
& VII. COLVMNIS, tribus Cœlis nimis  
ac IV. fundanit Elementis; creaturas ve-  
rò cæteras FERCVLA esse, dixi, in toto  
hoc, quâ latè patet Mundo tanquam  
MENSA propositas, ut ab ANCILLIS Sa-  
pientiaz diuinæ euocati manducemus in-  
tellequi, & bibamus voluntate paratas,  
ab vniuersi Patre Familias, Epulas. Nunc  
apud D. Gregorium Nazianz Theologie Lib.  
II. inuenio similem meditationem, quâ  
Mineralia & Plantas FERCVLIS confert  
à natura velut in conuiuio quodam An-  
gelis ac hominibus hospitibus adornata.  
Age, inquit, & Plantarum discrimina con-

fidera, adeoque in ipseis folijs artificiæ à ratio-  
ne discutens, qui hæc simul aspectu sunt incun-  
dissima, simul fructibus utilissima? Tum fru-  
ctuum & varietatem, & abundantiam, pra-  
cipue verò eorum, qui maxime necessarij sunt,  
pulcherrimam speciem. Deinde species a facul-  
tates radicum, succorum, florum, odorum qui  
non suauissimi tantum sunt, sed & ad valeu-  
dinem curandam idonei. Adbac colorum gra-  
tias & qualitates; tum lapidum sumptuosa  
pretia, fulgorisque. Etenim bac omnia velat  
in publico quodam EPVLO natura tibi propo-  
suit, & quibus utrius, & quibus oblecteris: ut  
si non aliunde, saltens ex beneficijs, quibus te  
afficit, DEV M agnoscas.

### De ANIMANTIBVS Regie Vniversi FA- . MVLIS.

T Ria sunt genera Animalium, alia quæ  
in aquis, quæ in aëre alia, & alia de-  
nique quæ super terram vitam degunt,  
sunt autem ex sententia S. Cyrilli Hierosolymitanî ideo hæc omnia à DEO facta, ut  
homini Regi debita fierent obsequia à  
FAMVLIS animalibus.

Sex diebus, inquit Catechesi XII. DEV  
creauit Mundum, sed Mundus propter ho-  
minem, Sol quidem splendidus, radiisque reluc-  
cens propterea ut homo videat, factus est; &  
omnia animantia, ut nobis seruirent consti-  
tuta sunt. Ita ille, cui addi potest, alia vi-  
uentium gustui in primis, oculis alia, alia  
auribus, olfactui & tactui alia ancillari.  
Nam plantæ, quæ vitâ viuunt vegetati-  
vâ, naribus tenero odore suo famulan-  
tur; Pisces saporum varietate palatum  
oblectant; Terrestria, quibus utimur ad  
vestitum & vegetationes, Tactui ab obse-  
quijs sunt; Musicae volucres auribus in-  
seruiunt.

seruiunt. Omnia denique in oculos incurvant, ut dum singula ferè singulis sensibus se obijciant, Oculorum obturum veluti radios quosdam solares nullū effugiat. Illud quoque obseruatione dignum videtur, quod Auiculæ quæ omnium suauissimè concinunt, aurésque canorā de mulcent voce, minus Gustui inseruant, vti & animalia terrestria, quæ ad vegetationes, & Tadūs seruitia destinata sunt, adeo ut ministeria sua V. sensibus mirifico ordine ad oblationē hominis exsequantur. Quoies igitur subinfert præclarè Theodoreus Lib. de Proqid. Canoras aues audiemus varios cantus emodulari, cicadasque trentulos vibrare concentus, sapientissimum DEVM, etiamque potentissimum adoremus, qui & eiusmodi Auiculis tantam traxit Musica harmoniam & humanum genus undecunque nutrit, fouet, ac mulcat.

### De HOMINE REGE Vniuersi.

**O**Rbis Terrarum VRBIS, ciuitatisq; vastissimæ similitudinem gerit, quæ creaturarum tam non viventium quam viventium, tam cœlestium, quam terrestrium innumeræ Familiae incolunt; Princeps omnium & Dominus Homo à Deo præesse iussus est. Reliquæ enim animantes, vt suprà diximus, huius seruiunt imperio & oblationi, hæc quidem ad custodiā corporis vt canes, illa ad vegetanda onera, vt equi & camelii, alia mensæ ministrant, alii hæsimirum & aquatilium magno numero, ipsæ Plantæ hortos colunt, & omnia ac singula in obsequijs sui Regis negotiosa sunt, & officiosa. Quibus omnibus homo antecellit tum animæ di-

gnitate, tum corporis dotibus. Corpus certè adeo est insigne, ut ab illo sapientissimo ARCHITECTO plasmatum tanquam statua in Mundi theatro Regia cuncta in stuporem rapiat & admirationem. Qs Homini sublime dedit Gloriosus CONDITOR, Regem enim super alia eminere oportebat, vt cuncta prospiciendo ac moderando dominaretur piscibus maris, & volucribus Cœli ac bestijs terre, quæ hominis Imperio subiecta Providentia Numinis in aliuum prostravit, vt Regem suum nunquam aspicere possent nisi suspiciendo, nec ille hæc aliter, quam despiciendo, intueri. Quæ omnia facile Authoritate D. Basili Hex. Hom. 9. & D. Ambrosij Hex. lib. 6. c. 3. confirmari possunt. Ille quidem; Iumenta terrea sunt, inquit, & ad ipsam nutantia terram; at planta cœlestis homo, quantum figurâ, formâque corporis ceteris animantibus antecellit, tantum & dignitate anima præstat. Qualis nam est animantium quadrupedum forma? caput illis ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptatem ventris omnibus modis persequitur. Caput tuum ad ipsum Cœlum exurgit, oculi tui res supernas conspicunt. Quod si unquam & tu carnis affectionibus succumbens te ipsum debones tibi, comparatus es iumentis insipientibus, & illis persimiles effectus. Alia te cura decet, supernas res, inquam, explorare ac querere ubi Cbris est, terrenis contemptim transmissis, cœlestia mente transcendere. Vt: formâ te natura insigniuit, sic & te ipsum & tuam vitam disponere velis. In Republica cœlesti versare, vera tibi patria est superna illa Hierusalem, conciues atque contribules ipsi primogeniti, qui sunt conscripti in Cœlis. Eadem eodem sensu, iisdem ferè verbis refert D. Ambrosius loco citato.

## DE COE LIS.

**D**O MO buius Vniuersitatis MUNDI Magno, obiter perlustrata, singula nunc Fabrica con-tignationes partesque acutius expendende sunt, & primò quidem à TABULATO  
(CALOS intelligo) initiam ducimus, tum quia homini, cui os sublime datum,  
COELVMQ; tueri, omnium DEI operum primum in oculos incurrit, tum quia gratia serena  
lucis, REGIA Solis MAIESTATE, Lune REGINÆ Palchritudine, Virtute, ac efficacia AV-  
BICORVM Planetarum, reliquorum Siderum populoſe GREGE sedà nocte in Cœli area  
quasi in amoenissimo campo ludentium primum ſibi locum vendicat. Vides COELVM hoc,  
inquit S. Chrysostomus hom. 2. de incomprehensib. Dei Natura, quam pulchrum,  
quam amplum, quam magnificum sit; quemadmodum vario stellarum ordine ex-  
ornetur & splendeat, quantum edurare potuerit temporis. Nam enim quinque mil-  
lia annorum, atque etiam plus seruatur & conſtat; nec tamen longo temporis spa-  
tio effectum est, ut ſenectat, ſed ad corporis modum adolescentis robusti floret, vi-  
gētque ætate; & quam principio ſortitum est pulchritudinem, eandem integriti-  
tiam seruat, nulla ex parte fauor deterius tanto temporis ſpatio. Attrauenit hoc pul-  
cherrimum ſplendidissimis ſtellis elegantiſſime ornatum, De vs, quaſi quis per lu-  
dum rugurum faceret, ita ſumma cum facilitate creauit. Quam rem Esaias prophe-  
ta pulcherrimè exprimit, cum dicit, qui conſtituit COELVM ſicut CAMERAM, & ex-  
tendit ſicut TABERNACVLUM ſuper terram.

COGITATIO PROFA-  
NO-ANTIQUA II.

**C**OELVM communiter appellatur o-  
mne illud ſpatium, quod à concau-  
lunæ extenditur usque ad Cœli Empyrei  
conuexum. S. Scriptura regionem aëreā  
& igneam ſublunarem Cœli etiam nomi-  
ne appellat, dum aues volucres Cœli vo-  
cat. Hoc ergo ſenuſ tres tantum Cœli  
ſunt, Aëreo igneum, Stelliferum, Empyreum,  
quod eſt Beatorum ſedes, quo ſe raptum  
eſſe D. Paulus afferit, ſcio barninem raptum  
usque ad tertium Cœlum. Neque obſtat Ma-  
thematicos octo Cœlos enumerare, ſin-  
gulos Cœlos singulis Planetis attribuen-  
do, & ſtellis fixis ultimum; hæc enim di-  
uiſio Cœlorum eſt mera ſubdiuiſio Cœli  
Stelliferi, in quo ſidera haud aliter mo-

uentur, quam volucres in aëre, cum hoc  
diſcrimine, quod illorum motus ſit con-  
tinuus, certis terminis, quos transgredi  
non poſſunt, definitus. Quod ſi per inſi-  
mā regionem aëris ciconia perpetuo cer-  
toque motu & per ſecundam ardea, per  
tertiam verò aquila circumvolaret, regio  
aëris Cœlum ciconiarum, ardearum altera,  
& tertia aquilarum eodem jure, quo aliud  
Cœlum Lune, Mercurij aliud, &c. dici-  
mus, appellari poſſet.

## De STELLIS.

**S**TELLA eſt corpus cœleſte densum & ſoli-  
dum. Densum eſſe colligitur ab eximio  
ſiderum fulgore & ſplendore. Solidum  
verò eſſe arguitur, tum ex reali & celeri-  
mo ac ſimplici motu, quo ſtelle non à  
Cœlo, ſed in Cœlo naturæ ſuas confor-  
miter



BENEDICITE COELI DOMINO  
Dan. III.

CORPVS COELESTE.	Orbes Cœlestes Quod spectatur secundum Partes, quarum aliæ sunt, vel	Non Stellati, vel Stellati, vel	Empyreum .
			Aero-igneum .
	Stellæ vel	Erraticæ, sev Planetæ Fixæ vel	Sphæra septem Planetarum .
			Sphæra stellarum fixarum .
	Constellationes XLVIII vel	Primæ Secundæ Tertiæ Quartæ Quintæ Sextæ magnitudinis .	Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna .
			In formes

J. Christoff Storer del.

Matthæus Küsel sculps.



miter circa terram & polos rotantur; non enim liquida substantia tam veloci motu moueri nata est, tum ex figura siderum plerorumque sphæricā, quam habent, tam errantes STELLA, quam inerrantes; fluida enim corpora maximè dum mouentur, se in circulum non diffundunt, ut appareat ex effusa aquā.

Diuiduntur STELLA in temporaneas & perpetuas. Ille sunt, quae cœlestia Phœnomena dicuntur, & exiguo tempore durant, ut sunt *Cometa*, *macula Solares*, *stelle noue*. Fiunt autem ex alijs vagantibus Stellaris, & ob distantiam, ac paruitatem oculorum nostrorum aciem effugientibus, quae certo & à diuina prouidentia determinato tempore concurrentes fulgorem asperabilem efficiunt, vnde cùm nos inter & corpus solare interponuntur, aut *maculas* aut *faculas* solares compónunt, has quidem, quando splendidiores sunt, illas vero cùm sunt obscuræ magis ac teñebriosæ. Quod si in conum cocant radiosum *cande* instar & *barbe* &c. COMETÆ dicuntur, siue deinde id fiat infra aut supra Coelum Solis. Idem de stellis novis sentiendum videtur, eas scilicet ex concursu minorum vagantium fuisse, compositas.

STELLA perpetuae sunt reliquæ, quæ nimirum omnibus sœculis sunt conspectæ. Subdiuiduntur hæc in Errantes seu PLANETAS, & FIXAS. Planetarum, qui libero oculo apparet, septem sunt: LUNA, MERCURIVS, VENVS, SOL, MARS, IUPITER, SATURNVS. Fixarum ingens est numerus, indumentæ enim sunt, quæ liberum oculum effugiunt, & solo Tubo optico deprehenduntur. Dicuntur fixæ, quia terram obambulantes eundem inter se situm, distantiamque fixissimè seruant,

cùm ob contrariam causam PLANETAS Errones ac stelle Erraticæ vocari soleant.

### De S O L E.

MUNDUS sine SOLE esset populus sine duce, corpus sine anima, & ciuitas absque horologio. Describi potest corpus cœlestis omnium maximum, quoad nos saltem, illuminatum & calefactum in summo gradu. Debuit autem esse tantæ magnitudinis, ut maior eius esset aquitas; certè quò maior est causa, maior est effectus, agunt enim partes omnes. Porro eius finis est, quem usus ipse & experientia docet, videlicet calefacere & illustrare, per quem ipsum quoque definimus.

Figura SOLIS rotunda est. Probatur I. ipso visu. II. Ut sit magis aquivus, nam figura sphærica maioris molis est capax. III. Ut maioris sit celeritatis, nam quæ sphærica sunt, facilius mouentur.

Nonnullorum opinio erat substatiam SOLIS ignem esse; non nemo arbitratur SOLEM esse aurum ignitum. Non lubenter me intromittio in quæstiones, ubi nec fide nec ratione, quidquam probabiliter videtur constare posse. Ceterum non possum mihi persuadere, SOLEM esse aurum ignitum; ad quid enim oporteret aurum esse in perpetua violentia: melius sentio de Sapientia & Potentia infinita Gloriosi Conditoris, quod nimirum videat in suâ omnipotentia possibilem formam specie diuersam, auróque ignito præstantiorem, cui conueniat tanta virtus aquia, quantam in SOLE experimentur. Ex eadem ratione nollem SOLEM ignem facere, nobilior enim virtus SOLIS est, quam efficacia ignis.

*De LVNA.*

**L**VNA est corpus cælestè secundum à Sole in magnitudine quoad nos , bumefactiūm in summo. Dixi : quoad nos . quia alia corpora siderea , licet apparent minora , sunt tamen in se multò maiora , vt Mars , Iupiter , &c. Habet autem LVNA potissimum lucem à Sole , vt patet experientia , nam pro diuerso aspeetu , quem habet ad Solem , diuersimodè illuminatur. Non est ignea , quia non calefacit ; non est tota liquida , quia est inæqualis , patet autem eius inæqualitas & scabritates ex tubo optico , quo clarissimè videntur montes assurgentēs , & valles depressoēs. Patet idem ex exterminatione lucis & umbræ ; illa enim terminatio , constat partibus maximè inæqualib[us] , quod sanè non accideret , si esset laevigata.

Partes sublimiores LVNÆ videntur esse illuminatores. Ratio clara est , quia partes depressoēs faciunt cavitatem ; sed cavitas minus luminis refleget ; deinde maculæ in LVNA sunt depressoēs , vt ipsis oculis discernitur. Quædam sunt umbræ in LVNA præter maculas. Ratio petitur à montibus , qui umbram proiecunt , præsertim cùm semper umbra porrigitur in partem Soli aduersam , vt constat ex observationibus Mathematicis.

LVNA humectat corpora terrestria , vt constat mille experientijs ; nam pro diuerso LVNÆ aspeetu ad Solem corpora sublunaria sunt magis vel minus humida , in *ostreis* , *cancris* , *cerebro* , *lignis* , &c. In seminibus nemo est tam rusticus , qui hoc ignoret. Propter hanc humidam LVNÆ qualitatem Hypocrates Medicorum Princeps maximam LVNÆ rationem habet ; certè qui laborant nimia hu-

moris copiâ , vt *hydropici* , &c. in plenilunio grauius laborant , quia humor uberior affunditur. Hectici verò & exsucci in quadraturis malè habent , quia humores delectantur. Idem LVNÆ humor subinde sterilitatis , modò fertilitatis est causa , huius quidem , quia affusus humor irrigat ; illius verò , quia si terra antecedenter nimis est humectata , accedente humore LVNÆ obstruuntur meatus semen & germinum , vt succus traduci non possit in alimentum. Inde sterilitas.

LVNA est minor Terræ , vt probant Mathematici , ex deliquio LVNÆ , cùm enim diameter umbræ terræ sit maior diametro LVNÆ , quia tota LVNA huius umbræ absconditur , diameter etiam Terræ est maior diametro LVNÆ .

LVNA diuersi coloris apparet : aliquando pallida propter interiectum vaporem imbriferum. Hinc *pallida* LVNA pluit. Subinde apparet sanguinea , hoc est , rubicunda propter multam exhalationem interpositam , quæ cùm sit naturæ ignes ac terreæ , radij Lunares ad rubedinem deflectunt. Porro exhalationes hæ soluuntur humore LVNÆ . Hinc *rubicunda* fiat. Denique apparet nonnunquam valde candida , cùm scilicet purior est aër , nec LVNÆ radij lucidi impediunt à vaporibus & exhalationibus. Quare *alba* serenat.

*De reliquis PLANETIS.*

**Q**VINQUE supersunt nobis PLANETÆ de singulis pauca memoranda sunt.

**V**ENVS est corpus cælestè opacum , illuminatum à Sole , asperum quasi poliedrū ; quod probatur ex tubo optico ; modò est supra Solem ,

Solem, modò infra, quia modò videtur maior, modò minor. Macules verò illæ, quæ in Veneris disco apparent, sunt aliquæ cavitates, quod enim cauum est, nigrum est, ut maximò probant ex eo, quod maculae illæ, pro diuerso aspergi Solis, contrahantur ab altera extremitate, dilatentur ab aliâ, quod non nisi cavitatis competere potest. Nunquam longè absit à Sole, cum aut sequendo aut praecedendo. Vnde duplex nomen sortitur, mancæ Solem dum præsit, LVCIFER, & BOSPHORVS, noctu Solem dum sequitur, HESPERVS dicitur.

Mercurius sphericus est, ut patet aspergi, opacus icidem, quia aliquando inter Solis discum & terram interpositus visus est ut macula, color eius est quasi cœruleus.

MARS est corpus celeste sphericum, polyedrum, opacum, ut constat, isto visu, si enim supponatur lumen, lumen obtegit, igitur opacus est, color eius ferrugineus est, habetque quasdam maculas, quæ sunt cavitates haud dubie. Hinc mons ille niger in meditullio Martis à Campanella obseruatur.

IVRITER est corpus icidem sphericum, polyedrum, illuminatum, opacum quod eodem modo probatur, quo supra de Marte ac alijs; lumen eius maxime rutilat, & fulget, non tamen habet candorem Veneris, nec triculatum fulgorem Martis, sed verumque temperatum. Si materia eius foret elementaris, dicerem, quantum patere potest ex tubo optico, lumen esse cuprum, vel astibrum. Circa Iovem apparent astra Iovialia, vel Medicea, vel Barbaria, que primus Galileus optico suo tubo sub aspergi adduxit. Stare sunt quatuor lunulas, quæ circa lumen e-

tant, cō modò, quo Luna circa terram vehitur, vocanturque haec stellæ COMITES IOVI.

SATURNVS altissimus est omnium Planetarynum, habetque corpus parum sphericum, ut non ita pridem obseruatum est, semper iungantur illi duo SATELLITES (hoc enim est illorum nomen) id est, duæ portiones lucideæ, quæ nunquam ab eius lateribus discedunt, colore subpallido plumbi inlustriantur, ac nisi præsentia lumen inimicam eius nostro orbi qualitatem retunderet, omnia sterilitate, peste, grande, &c. peccatum irent.

### *De reliquis STDERIBVS.*

STELLÆ FIXAE, quas supra descripimus, superiores planetis, diuiduntur in eas, quas libero oculo distinguimus, & illas quæ oculorum aciem & numerationem effugiunt. Haec innutieræ sunt, ut constat ex via lactea, & areolis extra Galaxyam. Illæ I. in sex classes diuiduntur. Primæ magnitudinis, inueniæ sunt 15. Secundæ 45. Tertiæ 208. Quartæ 474. Quintæ 217. Sextæ 49. quibus addidæ sunt, nunc Astronomi quatuordecim alias licet minus distinguibilis, reliquas vñsi suo inutiles neglexerunt. Vnde turpiter quis erraret, si arbitraretur Mathematicorum mentem esse, plures stellarum Coelum non oriri quam illas 1022. à nobis enumeratas, illi enim tantum volunt tot, & non plures obseruationibus suis esse vñsi in nostro Hemisphærio, nam si de altero quoque Antarcticò Antipodarum Hemisphærio loquamur, 560. reportæ sunt obseruabiles, additis 60. alijs à Recentioribus. Vnde totus numerus stellarum erit 1642.

T

Digit.

Dividuntur II. in 48. Constellationes, quarum quilibet peculiari nomine appellata est. Cum enim stellæ in Cœli area veluti flores per campos sint sparsæ, non poterant Astronomiz inservire, nisi in certas classes redigeretur, quarum primæ sunt XII SIGNA Zodiaci, quæ Sol cursu suo quotannis emetitur, reliquæ stellæ aliarum constellationum, seu Astrorum informes dicuntur. Quantæ autem sint magnitudinis stellæ fixæ, aut aliæ alij superiores, certi quid statui non potest, P. Kircher quidem curiosè in suo itinere ecclastico de hac materia aliisque similibus discurreit, quæ tamen ultra coniecuram non videntur se exporrigerè.

### Q VÆ S T I O II.

*An MATERIA I. Cœlorum sit specie diuersa à nostrate.*

Controuerti hic solet inter alia apud Philosophos, an Cœlorum materia sit specie diuersa à nostrate, quos etiā sequar, ut nimirum, posteaquam I. Cogitatione egi de Principijs in genere, hac Cogitatione agam de Principio materiali in specie. Proin

Certum est I. Aliiquid fieri de nouo, vti est motus localis, actiones vitales, lux, similiaque accidentia, nam contrario modo cum Atomistis phantasticari, stultum & ineptum esse melioris Philosophie sensus semper erat.

Certum est II. Dari transmutationes accidentales, id est, transitum subiecti à non esse formæ accidentalis ad esse eiusdem v. g. cera transit à non esse figuræ rotunda ad esse illius. & aqua transit à non

esse, ad esse calor. Sed evidens est parvus inter transmutationem substantialem & accidentalem; sicut enim experimus ex aqua frigida fieri calidam, ita pari ratione oculis videmus lignum transmutari in ignem.

Certum est III. Discrimen inter à creari etiæ educi esse, quod hæc fiant concurrente subiecto tanquam causâ materiali, illa verò, quæ creantur fiant independenter à subiecto sustentationis, alioquin non erit amplius ratio dicendi, animal rationalem creari potius, quam educi. Dices: illud educi quod semper dependet à subiecto non quidem tanquam causâ, sed tanquam conditione, quod quia non verificatur respeçtu animalis rationalis, hanc non educi sed creari. Verum contrà est, quod cum conditio non sit virtus causandi, cause creatæ competenter tota virtus creandi, quod communiter negatur. Sequela autem patebit ex ijs, quæ alibi de causa materiali extrinseca asseremus.

Certum est IV. Dari MATERIA M PRIMAM, quæ desinbitur à Philosopho Subiectum primum, ex quo aliquid fit, cum iisfit, non secundum accidens, Et si corrumperit, in hoc abibit ultimū. Dicitur I. Subiectum, id est, subiectum inbasioni, quod ita alteri instanti evanescit, ut ab eo magis perficiatur. Dicitur II. Subiectum primum quod nimirum in nullo alio subiecto recipiatur. Dicitur III. Uniuscuiusque, subiectiellige Formæ substantialis. Dicitur IV. Ex quo, subiecto scilicet. Dicitur V. Aliiquid fit, nempe totum aliquod compositum materiale & sensibile, de quo agit Physica. Dicitur VI. Cùm iisfit, ut pars illius totius constitutiva. Dicitur VII. Non secundum accidens, hoc est, totum illud necesse est, esse

**E**sse substantiale. Dicitur VIII. Et si corrumperit, in hoc abibit ultimum, id est, Si destruatur totum ceteris partibus corruptis, si sint corruptibles, aut abeuntibus, si sint incorruptibles, ut anima rationalis, non abit, aut perit subiequam seu materia prima. Nunc ad questionem de materia Cœlorum propositam.

Respondeo, materiam Cœlorum non esse specie diuersam à nostrate, quia hoc est magis consonum SS. PP. Doctorum que Authoritati. Testimonia SS. PP. videri possunt apud Thannerum dis. 6. q. 2. d. 4. vbi innumerous adducit textus, quibus SS. PP. innuunt, ex materia elemenari Cœlos stellatos procreatos esse.

## DE COELIS. COGITATIO NOVO SACRA II.

### I. CHRISTVS SOL IV- STITIÆ.

*A Rubore matutino.*

*A Purpura vespertina.*

*A ZODIACO, quem  
percurrit.*

### II. DEIPARA LVNA.

### III. STELLÆ ERRAN- TES SANCTI.

*Saturnum referunt Patri-  
archæ & Propheta, Iouem  
Apostoli, Martem Mar-  
tyres, Mercurium Docto-  
res, Virgines Venerem, non*

*illam Poëtarum fabulis ce-  
lebrem meretricem.*

### IV. SIDERA FIXA AN- GELI sunt.

**P**hilosophi ut cursum Solis oculis subiificant, circulum faciunt XII. gradus latum, qui tantum versus Polum Arcticum, quantum ad Polum Antarticum exensis diniditur in XII. partes æquales, & in medio huius circuli unum aliud circulum describunt, quem lineam ECLI-  
PTICAM appellant, in quo Sol decurrit, nec unquam hinc, aut inde vel vngue latius exerrans dat ZODIACO latitudinem. Iste porrò, vt dixi, in XII. partes ita est diuisus, vt quelibet harum partium cuilibet signo, quorum Sol intra annum singulari mensibus unum emetitur, respondeat.

Cursus hic Solis mirificâ imitatione refert Annum magnum, quem per XII. Signa ab exordio Mundi usque ad finem eiusdem SOL IUSTITIA confecit. Illa quidem.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer,  
Leo, Virgo,  
Librâque, Scorpius, Arcicenens, Caper,  
Ampbora, Pisces.

**S**OL igitur IUSTITIA Filius Dei in creatione Mundi exortus est in ARIETE, quod animal innocens cum sit à natura, notat statum innocentia Protoparentum nostrorum. At enim continuò, vbi hi à semita iustitiae originalis devij diuinam itam prouocauerunt, transiuit SOL noster in TAURVM animal, donec sicut aliquetetur, ferox & formidabile. Ecce vindex Iustitia veluti Taurus indomitus despiciebat ultrici cornu in reos Adamum ac Euam;

Euam, quo usque dulcissime Ficui alligatus, Gloriosæ videlicet Virgini, per vinculum Incarnationis iram posquit teste Euangelista, *Rex tuus venit tibi mansuetus.* Quo tempore SOL transiuit in Signum GEMINORVM, cum nimirum duas naturas diuinam & humanam, mortalem, ac immortalem, eternam & temporalem ineffabili copulauit vnione procedens de thalamo suo Matris Virginis vtero (bi enim GEMINI in utero eius reperti sunt) vt currat viam suam alacris Geminiæ Substantiæ Gigæ. Duo igitur GEMINI sese complectentes Naturam diuinam referrunt, & humanam mutuo amplexu affissimè stritas: fuerunt autem illi Filii Iouis POLLUX & Castor tanto amore inter se coniuncti, vt cum Castori à Patre immortalitatis donum concessum esset, id est, posse non mori, si veller, maluerit mori pro fratre, vt morte suâ viueret Germanus; unde uno Occidente oritur alter, atque inuicem mortalitatem ac immortalitatem alternant. Nihil aptius à Poëtis effungi potuisset ad nostrum propositum: **C H R I S T U S** enim Frater noster & Germanus *Castor* est, qui à Patre suo D E O accepit donum immortalitatis, voluit tamen mori pro fratribus suis, vt nobis morti addicatis donum communicaret Immortalitatis. Communicauit.

Post hæc ab immortalitate ad mortem à Gloriâ ad ignominia crucis sicut CANNÆ retrogradus triginta tribus annis hoc signum sub astu intensissimo amoris incoluit; donec in LEO resurrexit, nam si ISidoro credimus, catulus Leonis tres dies mortuo persimilis sine vestigio vita iacet, tertio verò die Patris rugitu, ve. luti è somno liber, reuulsit; reuixit quoque tertio die LEO de Tribu India. Et LEO,

NE ingressus est VIRENCEM, in cuius solius Vide, dubijs Apostolis, aliquamdiu permanxit, usque dum in Ascensione gloria LIBANUM subiicit diuina iustitia, suaque merita contra Adæ demerita appendit, & prævaluit: utinam appendere tur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior (passio Christi calamitosa loco mei) in STATERA, quasi arena maris bac granior appareret.

Properavit deinde ad Signum SCORPIONIS, quando corpus suum, quod est Ecclesia, Tyraanorum & Hereticorum venenatis aculeis obiecit, subuersores fuerunt secum & Mater Ecclesia! Et cum SEORPIONIBVS habuit. Nunc tamen percurrit Signum SAGITTARII, quia Turceæ infensissimi Christiani nominis hostes in viscera Ecclesie affligunt Hungariam arcum intendunt, vulnerare CHRISTI membra, spoliant, & depravantur, consecuti sunt eum ex Asia in Europam usque uiri SAGITTARII, & vulneratus est vehementer. Subinde veniet CAPRICORNVS Anti-Christus scilicet homo luxuriâ male olens, efferûmque animal; sed hoc quoque debellato in AQVARIO VRNAM gratiarum suarum veluti imbreu in superstites Fideles effundet. Et tandem apparebit Gloriosus in signo PISCIVM, quando inter Apostolos PISCATORES medius eligeret PISCES bonos, Christianos virtute & moribus selectos in uasa sua, malos autem foras mittet. Sic erit in consummatione saeculi, ubi finito CVRÆ suo SOL levabitur cum LVNA Deipara, atque SIDERIBVS Angelis & Sanctis requiesceret à laboribus suis, & tunc erit dulce, & delectabile oculis videre SOLEM. Eccl. II.

DE





BENEDICAT TERRA, BENEDICITE IGNIS ET AESTUS, BENEDICITE OMNES SPIRITVS, BENEDICITE MARIA ET FLUMINA DOMINO

Dan. III.

CORPVS SVB. LVNARE vel	Simplex	Terra	Sicca et Frigida	Igneum	Stella cadens Capræ saltantes Fulmen Cometa etc.
		Aqua	Frigida et Humida		Aerium, vt Venti etc.
		Aer	Humidus et Calidus	Aqueum	Nubes Iris Pluvia
		Ignis	Calidus et Siccus		Nix Grando etc.
		Imperfècte Mixtum, seu Meteorum, vel		Terreum, vt Terræ motus .	Terreum, vt Terræ motus .
		Perfecṭe Mixtum, de quo alibi.			

J. Christoff Storer del.

Matheus Küssel sculps.

DE ELEMENTIS ET METEORIS.

L A V D A T E D O M I N V M D E T E R R A.  
I G N I S , G R A N D O , N I X , G L A C I E S , S P I R I T U S P R O C E L-  
L A R V M , Q V A E F A C I V N T V E R B U M E I V S . P s a l . 1 4 8 .

**E**X Mundo Cœlesti in sublunarē descendimus, qui in qua-  
tuor partes Elementa dictas diuiditur: Sunt autem quasi  
quatuor domicilia, qua à reliquo creaturarum sublunariū  
populo habitantur. Terra vterum Mineralia incolunt, Planta e-  
iusdem superficiem colunt, Pisces undas navigant, Volucres per aë-  
ra natant, Bestia & Homines terram calcant, Ignis solus inhabi-  
tabilis est. Ab elementis igitur Mundi sublunaris explicacionem  
aggredimur.

## COGITATIO PROFA- NO-ANTIQVA III.

### De ELEMENTIS in Genere.

ELEMENTVM est corpus, quod ex pri-  
mis qualitatibus duplicitantūm gaudet.  
Quatuor enim sunt primæ qualitates Ca-  
lor, Frigus, Siccitas, Humiditas. Illud ergo  
corpus, quod gaudet tantūm frigore ac  
humiditate, vt aqua, erit clementum, &  
sic de ceteris.

Quatuor sunt Elementa, quia totidem  
sunt corpora, quæ tantūm gaudent bina-  
rio primarum qualitarum, vt patet ab in-  
duciōne. Hiac reijcies sententiam Chy-  
micorum, qui tria statuunt Elementa,

Sal, Sulphur, & Mercurium, nec desunt,  
quibus placet hoc ternario clementorū  
SS. Trinitatē exprimi in rebus sublu-  
naribus, Sale quidem PATREM, FILIAM  
Sulphure, Mercurio SPIRITUM Sanctum,

ELEMENTA alia sunt Symbola & alia  
diffymbola. Hæc dicuntur, quorum am-  
bæ qualitates sunt oppositæ v. g. Aer &  
Terra, Ignis & Aqua. Nam Ignis est siccus  
& calidus, Aqua frigida & humida, quæ  
sunt qualitates illis contraria. Symbo-  
la sunt Aqua & Terra, Ignis & Aer. Non  
enim in utraque qualitate contrariantur,  
Ceterūm sicut mūdus sublunaris habet  
sua elementa, quæ certo gaudent bina-  
rio primarum qualitatum, ita & in mun-  
do cœlesti sidera erratica similes amant  
qualitates, vt dubium videatur an Satur-  
nus siccitate suâ frigore que Terram magis,  
aus

*aut hæc illum ijsdem æmuletur. Sol certè, Mars & Ignis, Jupiter item & Aer, Mercurius, & Aqua magna iunguntur affinitate. Neque Microcosmus suis caret elementis: Flava Bilis Igni, Sanguis purior Aëri, Pituita aquæ, Astræ deniq; Bilis terræ correspondet, quod ipsum etiam quatuor anni tempora imitantur Ver Aërem, Ignis Astas, Autumnus Terram, Hyems Aquam suis referunt proprietatibus.*

### De T E R R A.

**T**EERRA est Elementum in summo Siccum & in excellenti saltem gradu frigidum. Dixi, in excellenti saltem gradu, ut descrip̄tio tam terræ puræ, quam non puræ, id est, alijs elementis permixtae conueniret. Nam probabile est, Terram puram esse summè siccām & summè frigidam.

CREATA est terra ab initio ante annos 6863. rotunda & perfectè sphærica sine montibus & vallibus, solida sine vacuitate cavernarum, insubilis, aquis nimicrum vndeque obruta & cooperta, & composita, non eo sensu, quasi exstitisset sola materia prima omni formâ substantiali destituta, nam probabilius est, neque per absolutam Dei potentiam materiam omni formâ spoliari posse, sed incomposita, id est, non viridi plantarum herbarumque tegumento superinduta, nec versicolore florum ornatu intertexta. Eo verò die, quo placuit Glorioso Architecto, inde montes & colles surrexerunt, hinc valles deciderunt, Aquæ etiam per declivias montium profugæ in valles, continuâ fugâ ad maria effugerunt. Exstinctaque eodem die hic sublimis EUROPA, ad sinistram affinis ASIA, ad dexteram dissita AMERICA, ex Aduerso AFICA &

quidquid Terrarum ac Insularum ad virtutumque excurrit Polum omnipotenti distinquit manu constitit. Cæterum in medio & centro, veluti corde Terræ Iustitia Divina carcerem, quem Infernum dicimus, à sede BB. remotissimum, quo pleberet legibus suis rebellis mortalium animas, omnipotentiae Dei dictavit. Iuluit autem locum ad poenas esse angustissimum, punctum terræ videlicet, sicut è contra Misericordia diuina voluit Beatis esse spatium amplissimum Coeli peripheriam. Quare multorum sensus est, carcerem hunc in diametro medium milliare Germanicum continere, & hoc nimum; nam vt Mathematici docent, dimidium milliare Germanicum cubicè spectatum potest plus, quam quadringenta millia millionum corporum humanorum capere, cum tamen ex probabili subdugione non sint futuri damnatorum, centies mille millions. Et in hoc stagnum ignis & sulphuris, quod vidit S. Ivan. Apost. omnis ille missus est, qui non est inventus in libra vite scriptus.

### De A Q U A.

**A**QUA est Elementum in summo gradu frigidum, & in excellenti saltem gradu humidum.

Centrum Aquæ coincidit cum centro Terræ, vt Astronomi ex Lunari colligunt Ecclypsi. Primo quidē creationis mundi tempore Terram Aqua obruerat, vt diximus, deinde verò in lacus, flumina & maria ita est ab admirabili Sapientia Creatoris distincta, vt una tamen etiamnun sit & continua Aquarum congregatio. Nam eo ferè modo, quo folia arborum natatu sue aut volatu per aëra, eum ita diui.

dividit, ut, tenuissimis pediculis, ramiſculis arborum cohærent, hi deinde secundum in ramos dilatentur, qui in eodem tandem arboris trunko omnes, aut citius, aut seriū coniunguntur. Sic quoque si aqua arbor esset, quæ aërem totum commodi, quo nunc Terræ, in partes dissecaret; lacus quidam ingentium foliorum præferent speciem, qui per riuulos tanquam teneriores ramiſculos, fluminibus grandioribus ramis uniti, per hoc deinde pededentim aqua in mare quasi trunkum defluerent.

Figura aquæ rotunda est ut colligi potest ex lacubus grandioribus & mari, vbi nauis in altum denequa paullatim secundum partes inferiores effugiunt intuentium oculos, donec tandem Aquæ conuexitate tota subducatur nauis. Idem fieri in minoribus lacubus, quin in puteis quoque, ac vasis aquâ repletis hoc contingere, mihi certum est, licet enim seſſus nullatenus perticiant in his aquæ rotunditatem, ratio tamen eadem, quæ pro mari, pro qualibet pugnat aquarum minori congerie, cum cuiuslibet & quæ centrum sit punctum Terræ, circa quam hoc elementum congregari ex Lunari Eccl. psi ostendere Mathematicos, nuper diximus. Hinc autem illud paradoxum eruitur, videlicet tandem phialam plus aquæ in vino vallium, quam in apice altissimi montis continere, adeoque etiam phialam plus vini capere in cellâ, quam in mensa, licet non sit notabilis hec inæqualitas, ob modicum cellæ & mensæ, montium ac vallium distantiam, quæ visserius aut pluribus demonstrare non vacat.

Profunditas Aquæ, si nautis credimus ultra milliare Germanicum communiter

non descendit, subinde quidem, ut Hollandi afferunt, ob profundiores cavitates nullâ bolide potest deprehendi fundus; an verò in superficie globi plûs occupat spatij Terra, aut Aqua, lis est inter Geographos, quamvis ex globo terrestri ad oculum appareat maiorem Aquarum quam Terræ in orbe nostro esse molem.

### De I G N E.

**I**GNIS est Elementum in summo gradu calidum, & in excellenti focum. Alius est Elementaris, Coelestis alius, hunc videamus, hoc utimur, hic alijs elementis extra suum centrum constitutus commiscetur; ille in proprio centro recubat supra aërem; sicut nimbum Terræ Aqua innatat, & Aëris utrumque circumvolat, ita Ignis Aërem stringit, & totum hunc Mundum sublunarem complexu suo fuet. Est autem hoc communis Philosophorum & SS. PP. sententia, quam ratio dicat, cur enim alioquin ignis nobis sumum irrequieto motu tenderet, nisi id estusdem esset sphæra ac centrum; nam partes tendunt ad totum, ut patet ab experientia: lumina, quæ sunt partes maris, in illud se effundunt, Terræ portiones, aera secant, & aquas scindunt, ut Terram inueniant, particulis ergo ignis simili de causa supra aërem emittantur, quod pulchris verbis Munitus expressus

Ignis ad Aetherias voluces se suscitavit auras,

Summaque completeness Nellantia  
lumina Mundi,  
Flamarum vallo Naturæ accensio  
fecit.

Deinde ab inductione claret, quodlibet Elementum magnâ ibi esse quantita-

et ac mole, quo loco illud sua lenitas aut grauitas constituit, cum ergo ignem innata lumen supra Auras euehat, idque non tantum ex vnâ parte orbis, ad certam & determinatum Coeli spatium, sed in omnibus mundi plagiis idem euemat, necesse sanè est, igneā mole aera vndique ambiri.

Differt Ignis Elementaris, qui in flamnis & carbonibus consistit, à Coelesti I. quod Coelestis sit purus, nulli alteri composto commixtus, iste verò non purus, & particulis terreis, aquaeis, aëris sit intertextus. Vnde fit II. quod noster ignis ut conseruetur, indiget pabulo, id est, materiali inflammabili, alioquin ab hostilibus qualitatibus eundem circumsecentibus opprimendus. Pabulū autem succus sit, necesse est, nam cinis inflammari non posset, nec viri; quare nullus terreatur à Cœlo igneo, quod animam transire opottet, si velit ad Cœlos à morte euolare, anima enim nisi peccatorum succo oblita, ardere nequit, aut inflammari. III. Ignis Elementaris lucet, Coelestis omni caret luce. Oritur hoc discrimen inter utrumque ignem ex precedenti. Nam lux ignis nascitur à flamma, flamma concipitur à pabulo, pabulo cagat ignis coelestis, ergo & luce. Omnes haec propositiones sunt manifestae, si secundam excipias, cuius veritas primo iniquu non continuo appetet. Suadet I. Varietas lucis oritur à varietate pabuli, ergo & lux ipsa. Antecedens patet, hinc enim alias flammæ sunt subrubæ, Cæruleæ alias, alias subflavæ, &c. II. Super flammam candeleæ nulla apparet flamma, & tamen plurimum ibi ignis est, ob nimiam tamen tenuitatem ac depurationem à materia succosa nullam

emittit lucem. IV. Aer obscuram raritatem est innibilis, ignis purus est rarius aëre, licet ergo luceat ignis Elementaris ob densitatem materie, cui commiscetur, ab illa tamen depuratus non erit lucis principium. V. Ignis vini adusti ac similes vix lucent, aut incendunt, & tamen non sunt ignes puri. Dic causam: quâ datâ facilè inferre licebit, Ignem Aeris non lucere. Ex his cessabit admiratio quorundam, quod ignis coelestis nec luceat, nec vrat, cum & ignis extra sphæram suam constitutus atque impurus, quò magis excoquit materiam sibi subiectam, cò magis recedat ab asdere, & splendore.

### De A E R E.

A E R est Elementum insunmo humidum, & in excellente gradu calidum.

Tres sunt Aeris Regiones. PRIMA de quâ spiramus, & quam volucres volatu secaant, ac pernent. SECONDA quæ Nubium mater est, & plerorumq; phænomenorum. TERTIA quò nulli venti assurgunt, quæque conjugua sphærae Ignis cæteris superior est, arque calidior. Nam secunda & prima à particulis Aquæ, Terreisque frigidiores existunt, quamvis prima ob radios Solis reflexos tepidior sit, ac subinde æstiuo tempore ad maturando fructus prædiuersitate locorum magis aut minus incalescat.

Multa sunt Aeris ac perutilia, quæ circa Mundum sublunarem exercet, munera. I. Omnes figuræ & formas induit iam quadratus, iam sphæticus, modò Cylindricus, &c. ne detur vacuum in natura, vnde quæ cæteris omnibus sunt observata naturæ penetralia. Aeris patent. II. So-

II. Sonos à loquente ad audientem defert, necessarius arbiter ac interpres. III. Quod spires ac viuas, Aëris beneficium est, cui tanquam fidelissimo Amico iustitia semper cordis referanda sunt. Ni facias, continuò peteundum erit. IV. Lumen Solis excipiendo, faciem nobis de die, de nocte Lucernam indecessus fatulus præfert. V. Est etiam officium aeris ut sit vehiculum odoris; hinc non tantum lumine oculis, & sono auribus, verum etiam odorum advectione fastulatur viuentibus, sine quo tribus illis scolibus reliquorum facile principibus malè esset pronisum. VI. Est palestra & circus, in quo mille modis, gyris & via aduersi prelantur venti. VII. Ut raseo plura alia, in aëre pleraque Meteoræ. Pluvia, Nubes, Grendo, Fulmen, Iris, &c. concipiuntur, gignuntur.

### *De METEORIS seu Mixtis imperfectis.*

**M**IXTA IMPERFECTA alia sunt terrestria, aquæ alia, ignea, aut aërea. De singulis vnum aut alterum exemplum, reliquis prætermisis, afferemus.

Mixtum imperfectum terrestre est, in quo terra sensibiliter alijs Elementis praevaleat. Hinc autem facile patet mixtum imperfectum in genere esse aggregatum plurimi Elementorum uno predominante.

Terra motus est mixtum imperfectum terrestre. Ita communis, nam vix aliud meteoron huius speciei occurrit. Causa autem est halitus inclusus rarescens, qui ut maiorem acquirat extensionem, terræ latera succedit, & quæ sunt debiliora, cumpit, eo ferè modo, quo puluis sor-

mentarius selopetum concutit, & quæ potest, euadit, aut confringit. Ea autem, quæ de Terra motu scitu curiosavocantur, suæ hæc. I. Terra nunquam mouetur tota, nulla enim vis halitus id præstare potest, & constat multis experimentis, nec enim terræ motus, qui sit in Regno Chinesi, hæc in Suevia percipiatur. II. Aliquando quasi libratur Terræ motu hinc inde. Ratio est, quod pars terre elevata vi halitus pellentis, & non exeuissa, proprio pondere deinde recidat, & denuò attollatur, idque vicibus interrupitur. Hinc observationum est fabula: duorum collum vestiges durante terra motu proprius ad sese modò accedere, modò recedere, tanquam sese mutato alternis vicibus impeterent, atque anierent. III. Apparet nonnunquam post Terræ motum grandes hiatus, quia frangis illis repagulis vi halitus superiores partes sublidere, necesse est, exemplar forniciis in præcepit evanescere. IV. Nostræ flumina & fontes Terra motu exsecati sunt, quia Terra sublidentis mole, meatus obstruuntur, aut noui aperiuntur, vnde noua aquarum vena prorumpit. Eandem ob causam repescuntur alii, qui fontes prius frigidi, & frigescunt alii, prius tepidi, dum thermalibus aquis profluuium modò panditur, modò occluditur. V. Vers & Autumna frequentiores sunt Terra motus, quia tunc multus humor & sufficiens calor subterraneas species occupat. Inde etiam sit, quod rariores Terra motus Terræ Septentrionali concutiant proper defectum scilicet caloris Vento ac Autumnaли, humoris autem aestiuo tempore.

**M**IXTUM IMPERFECTUM AQUEVM est, in quo elementum aquæ predominat.

V. g. ROS, PRVINA, NVBES, PLVIA,  
NEBVL A, NIX, &c.

Materia, in qua concipitur Ros, est vapor subtilior in infinita plerumque Regionie terras lambens, in quas vi nocturni frigoris condensatus & in minutissimas guttulas coagulatus relabitur. Quamvis etiam de die idem vapores subinde resoluantur in rotem, quo tempore JRIDES & HALONES Solaris generaneunt, quae nihil aliud sunt, quam Arcus quidam in nube rorida & lucida ex radiorum Solis reflexione, & refractione oculis spectantium apparentes. Diurnus Ros, vti & Pluviæ intermicante Sole defusa materialm veribus & serugini gignendos sufficiunt, aut aliâ inimicâ qualitate gramina inundant, quæ dein pecora alii profluvio extinguunt.

PRVINA non differt à Rose, nisi quod intensiore generetur frigore. Obest verno tempore plantis, prodest hyemali; dum enim plantas exterius obsidet, intiorem per Antiperistastin auget calorem, quâ re sterilitatem causat ac fertilitatem diversis temporibus, constringendo enim succum, debitum vegetatiæ vite alimentum intercludit, vnde nascitur sterilitas; econtra calorem vitalem sequente hyeme conseruat; quare propinquo vere abundantius hic se per arborum planarumque meatus diffundit, ac inde fertilitatem, nisi aliunde impediatur, oriù necesse est.

NVBES quoque vapor est, sed crassior opere caloris in medium circiter regionem elcuatus & pendulus. Harum alias steriles sunt, quæ nimis in Aërem potius vi caloris transiunt, quam in pluviias abeant, vt fieri solet regente Saturno siccissimo ac frigidissimo Planetarum. Aliæ

fœcunda, humoris copiâ in guttas resoluntur, aut uno impetu, cum Nubifragio Torrentis instar in subiectas se diffundunt Terras, quod fieri amat supra alpes ob radios solis sàpius reflexos & ardentes, qui simul deinde integrum resoluere apti sunt Nubem. Aut sensim gutte illæ delabuntur, vnde fit aut Grando, aut nix. Hæc vltima à Philosopho definitur Nubes molliter congelata, quare grandinem nubem fortiter congelatam appellare licebit.

PLVIA vero dividitur in Stillicidium, Imbrem, & Nimbum. Huius guttas sunt grandes, ac decumanæ, quales solent esse tempore aestiuo; illius mediocres, vere ac Autumno, stillicidij tandem guttas tenues admodum, & pulueris illas Hyeme potissimum, cum non niesce, sparguntur.

NEBVL A duplex est. Vna quæ oritur ex crassis vaporibus, & e locis palustribus surgit, vicinumque aërem occupat, quæ post ortum Solis si mox resoluatur, serum portendit aliquamdiu Cœlum, sin maneat suspensa per auras, vesperi aut sequenti die pluviás minatur. Aliud genus Nebulae ab Aristotele vocatur Nubis excrementum, & nihil aliud est, quam superflua, aridior & caliginosa pars Nubis Terræ incubans, quæ dum arborum floribus florido vere insedit, fructus in flore intermit.

Quares, quæ sit causa filorum illorū, quæ subinde medio Autumno virgulta implicant, & agros innoluunt. Non nemmo has telas existimavit prouenire ab agrestibus Araneis. Sed absurdè, vt patet Nihil ergo aliud sunt, quam corpuscula terrestria visciosis exhalationibus in filamenta deducta, in quæ nebula præcedens

**dens, quoad partes Terræ ac Ignis est resoluta.**

**MIXTVM IMPERFECTVM Aëreum est, in quo dominatur Aér.**

**VENTI** sunt *Mixtum Imperfictum Aëreum*. Est autem **VENTUS** *Corpus spirabile agitatum*; satis clara hæc est descriptio, nihil enim aliud spirare possumus ac respire quam Aërem, unde etiam Aér in ventis prædominatur.

**Causa Ventorum multiplex est.** I. Motus localis alicuius corporis; sic flabello agitatus Aér ventum facit, ut & anhelitus, quem ore exspiramus, & folles compressi ventum hoc modo causant.

II. Rarefactio nonnunquam est causa venti, id est, aëris agitati v. g. cùm ex aliquo rupis foramine ventus erumpit. Item cùm ad ortum Solis, velocissimum tenuis agitatur Aura; nam radiorum Solis appulsu rarefit Aér; igitur ut extendatur, interuenit aliqua commotio, sed levior: cùm vero Sol occidit, ob subtraemos radios Solares minuitur calor, sequitur condensatio particularum in aëre ventantium; igitur commotio. Item cùm post Terræ motum fiat aliquis ventus, id procedit ab halitu inclusu, igitur à rarefactione. Item ventus ille, qui aperto foramine à subterraneo aquarum receptaculo erumpit, est quoque à rarefactione. Porro harum rarefactionum causa est calor, caloris causæ sunt vel Sol, vel Ignis, vel Halitus collecti.

III. Causa ventorum principalis & uniuersalis sunt exhalationes & evaporationes foetæ corpusculis igneis, que cùm magno numero vndeque e mari concitato impetu euolent in secundam Regionem Aëris, ad frigus autem eiusdem offendant, inde eadem concitatione resiliunt, atq; per primam Regionem Aëris, quæ data porta ruunt, & terras turbine perflant. Hinc autem eleganter pleraq; ventorum Phænomena explicantur.

I. Non omnis ventus est calidus; licet enim particulæ igneæ ventum mouant, haec tamē implicantur corpusculis aquæ ac terrestribus, deinde ipse particulæ igneæ dum excutientur per plagas Septentrionales, secum rapiunt multas particulas frigidissimas; quibus aër frigescit & ventus.

II. Defert secum Nubes ventus hoc modo: igneæ illæ exhalationes sunt filamenta inter se reticulata implicata, quare crassiores vapores in aëre consistentes inuoluunt, ac secum voluunt. Quò autem grauiores sunt Nubes, difficiilius trahuntur, quia maius onus magis resistit: quare etiam pluvia temperat frequenter ventum, dum illa ignea filamenta grauioribus guttis adhaerentia subinde evanescunt, subinde cum istis decidunt. Hinc post validum ventum ex imbre in aquas decidente innumeræ resurgunt bulæ, quia captiæ illæ particulæ auffugere conantur, sed à tenacitate aquæ circumfusæ detinentur, donec omnino exspirent.

III. Repetitis flatibus potissimum stant Venti, quia scilicet turmatim e mari &c. ascendunt illæ evaporationes, ac turmatim resilunt, una turma post alteram. Eo ferè modo, quo nubes ingrediuntur.

IV. Planities nullis montibus interruptæ tum Maris tum Continentis sunt magis ventis obnoxiae, vt patet. Augentur deinde vires ventorum I. è maiori copia evaporationum ac exhalationum.

II. Ex minore Nubium resistantia. III.

Ex angustijs loci; sicut enim in fluminibus, quò ardior est alucus, fortiore volvitur impetu vnda, ita simile quid evenit, quando venti ex locorum angustijs se liberare conantur.

V. Varietas ventorum dependet à varietate marium in primis, quæ cùm vndique circumferunt terras; atque etiam ad columnas Herculis, & sive ad Hellespontum de vetera; Terras ipsas subeant, quatuor ventos Cardinales, & hósque laterales innumeros progignunt, licet autem & tertia frequentes exhalationes emittat, Mare tamen latius est Terrâ, & frequenter inde exsurgunt vaporationes, quas tamen illas Terrestres multum adiuuant.

V L. Concretetas ventorum facile intelligitur, nam aduersus Terrarum ac marium plaga, diuersas exhalationes, his deinde in II. Aeris Regionem impactas diversis resistunt motibus, aduersisque concurrunt animis.

VII. Ja quibusdam regionibus major est vis Aquilonis, in alijs maior vis Austri. Ratio est, alias & alias sive loci: nam montes subinde Austrum prohibent, non Boream, vnde huius postea maior est vis, quam illius. Similiter de regionis declivitate, aut locorum angustijs discurrendum est.

VIII. Ventus aliquando exsiccat, aliquando humectat, præsertim Auster, quia plures crassioris vaporis partes secum decuehit, vnde sudant parietes. Non nunquam calcifacit, cùm multum Igneis, & parum Terræ, aut Aquæ admixtum habet. Quidam venti sunt pluviosi, alij steriles; illi sunt, qui ab ijs partibus aduolant, ex quibus multis nubes fœtae adueniuntur, vti sunt venti à propinquo ma-

ri. Ille autem ventus siccus est, qui ab ijs traditis versus quoque mare dicitur, quam remouissimè, v. g. Orientalis in Germania &c.

I X. Nonnulli venti valerudini profundunt, quia corpuscula afflant boni temperamenti. Alij è contra ob corundem malignitatem male afficiunt; ut constat experientia. Sunt, qui caput grauante propter obstructionem meatus, sunt qui stomacho nausea afferunt, &c. Alij plura de ventis ex hucusque dictis deduci possunt;

MIXTVM IMPERFECTVM igneum est, in quo ignis predominatur.

FULMEN est Mixtum Igneum Imperfatum, constans è crassiore exhalatione accensâ in aere pingui, de quo sciendum est II. Materiâ Fulminis esse prædictam exhalationem à vapore segregatam, multâ subinde terrâ, subinde modicâ, multo rarer Igne constantem. Quod autem huiusmodi sit materia Fulminis, inde constat, quia deorsum cadit, ergo crassa est; diu manet accensa, ergo pinguis est. II. Seipius per lineam obliquam è nube excutitur, præsertim cùm inferior pars nubium humidior est & crassior, & ipsa flamma subtilior; vnde quantumcunque deorsum materię gruitas implicata sibi flammat filaments trahat, hæc tamen sursum pro viribus emititur. Hinc summorum montium tacmina frequentius tangit Fulmen; hinc præsens remedium ad vitandum Fulmen, si ad primum fulgetri obtutum in Terram pronus concidas. III. Fulmen aliquando terebrat, cùm scilicet modicâ constat Terrâ, atq; adeo est exhalatio subtilis, que maximè dici potest, & traiici per subtilissimos poros. Nonnunquam discutit, & decutit arbores,

res, parietes, domos, &c. quod accidit cùm exhalatio crassior est. Vt plurimum vrit, quia Igois semper prædominatur. dixi ut plurimum, quia tam tenuis exhalatio esse potest, ut minimè sequatur vrtio, sed penetratio & traiectio. I V. Mollia sepe relinquit intacta, quia mollia coidunt, & facile laxantur pori, quibus traxicunt; dura verò confringit, quia magis resistunt, & crassioribus constant poris. Hinc dicitur, aliquando liqueareensem, intactâ vaginâ, & nummos intactâ crumenâ, via ut exsiccare intacto dolio, immò formam in prægnanti vtero interfice saluâ parente. V. Aliquando denigrat propter adhesitam fuliginem, aliquando dealbat, quia totum exsugit humorem, eausam nigredinis. VI. Dolor vrit aliquando, licet vinum non effundatur. Ratio est, quia propter crassitatem, materia per liguum subire non potest; igitur lignum vrit, & crassa illa materia concrescit in crustam calore induratum, quæ vinum continere sufficit. VII. Veneno nonnunquam vim omnem adirent, quia nimirum exsugit humorem malignum, aliquando verò veneno inficit propter venenata, quæ secum deuehit, corpuscula. VIII. Tetrum & Sulphureum spirat odorem, cuius rei ratio petenda est à materia, ex qua constat. Accenditur non per Antiperistasis, sed eo modo, quo reliqua meteora. Hinc estate ut plurimum, raro Hycme fulmen cadit, quia estate maior est in aëre exhalationis copia; addo quod cùm propter estum facilius separetur vapor, & congregentur filamenta ignea, citius accenditur. Sieve ergo fauillæ diu gliscentes tandem Igne concipiunt, ita meteora & inter hæc Fulmen tot particulas attrahit, donec in Igne crumpat.

## Q VÆSTI O III.

*An due Formæ simul eandem partem Materia possint informare.*

Q Væstio nunc inter Philosophos celebris est, an Elementa permaneant in Mixtis, quam ego materiam hoc loco opportune discutiendam sumpsi, tum quia huius loci propria est, tum quia ex illo fundamento questionis resolutio pendet. an nimirum plures formæ substanciales eandem simul informare possint materiam. Egimus autem prima Cogitatione Phys. de principijs in genere, secunde vero materiæ primæ naturam perpendimus, cui usitata methodo conceperus Formæ substancialis subiungitur. Itaque

Certum est I. Formam substancialē communiter definiri, quod sit Actus primus compositi substancialis ultimò compositus, ac distinctivus ab alio. Sic enim explico illam Philosophi definitionem, quæ dicit, Forma esse quod quid erat effere rei. Dicitur autem I. Actus primus, quia Forma est id, quod actuatur, seu determinat materialē ad certam speciem, v. g. ad compositum Leoninum potius quam Equinum. Et quidem ut Actus Primus seu primarij, & ut quod. Vnde differt Forma substancialis ab unione & substantia, quæ quidem etiam aquant, ac determinante, & informant materiam, sed tantummodo ut quo non primarij, & ut quod. Dicitur II. ultimò compositus ac distinctivus ab alio majoris claritatis causa, quidquid enim est ultimò compositum est etiam ultimò distinctivum ab omni alio specie distinetio.

Y

Certum

**Certum est II.** Dari Formas substantiales, quia Ferrum ignitum remoto Igne reducit se ad suum frigus, & Aqua calefacta itidem remoto Igne frigefit, stuppa vero accensa, aut Lignum extincto Igne non redit ad pristinum statum; sed degenerat in cineres, aut carbones. Cuius rei alia ratio esse non potest, quam quod in Ferro & Aqua transferit radix exiguitua frigoris, non vero transferit in stuppa aut papyro accensa. Hæc radix non est materia sive pars, ergo aliquid distinctum a materia. Sed neque est accidentis, quia est prima radix, nisi velis procedere in infinitum: ergo dantur Formæ substantiales, quæ exigit certam variorum accidentium combinationem in composito, quod ultimò constituunt, & primariò ab omni alio distinguunt.

**Certum est III.** Dari in Materia appetitum innatum ad Formas substantiales, quia omnes res habent intrinsecam inclinationem, seu appetitum ad suos fines particulares, atque perfectiones sibi proportionatas; sed materia perfectio, & Actus est Forma, quod nemo negat, qui admittit materiam Aristotelicam: ergo materia habet intrinsecam inclinationem, seu appetitum ad Formas substantiales; atqui iste appetitus non est elicitus, ut clarum est, ergo est innatus: ergo materia prima habet appetitum innatum ad Formas substantiales.

**Certum est IV.** Materia neque diuinitùs posse existere spoliatam omni Formâ substanciali, non quidem quod Forma sit existentia materiæ, vt Thomistæ volunt, nam materia habet propriam existentiam ab essentia sua realiter indistinctam. Sed ideo, quia dedecet, infinitæ Sapientiæ artificem opus elaborare o-

mnidestitutum fine, cum enim omne auctoratum Dei in Gloriosi eiusdem & potentiam, & Sapientiam, & Bonitatem invitetur, ac intuenti spectatori eloquatur, repugnat sanè materiam spoliari omni formâ substanciali, quandoquidem hoc complexum ex materia & negatione omnis formæ ob defecatum non emendatum insipientiam potius quam sapientiam Architecti eloqueretur, quod repugnat. Confirmatur: ideo Adversarij nostri admittunt non posse dari actionem ad actionem, quia secunda actio foret essentialiter superflua; esset autem ideo essentialiter superflua, quia pro nullo instanti posset finem suum obtainere, quia eundem iam inueniret ab altera actione positum. Ergo secundum vos ideo implicat actio ad actionem, quia semper careret suo fine intrinseco, atqui sequè debet Sapientiam in uno instanti, quam semper sine fine, atque adeo insipientem operari. ergo tam parvum dari potest actio pro uno instanti, quam pro omnibus instantibus, seu essentialiter, superflua. Et quod inde sequitur, repugnat, materiam primam etiam pro unico tantum instanti spoliari omni forma substanciali. Protestor tamen, quod nonnullis videbitur, me non sentire cum ijs, qui ignorantiam humanam volunt metiri Sapientiam omnipotentis Architecti, dum omnia volunt impossibilia esse, quorum nequimus ostendere finem, adeo ut ausint palam effari, ante institutionem SS. Eucharistie se Mysterium hoc impossibile iudicatores fuisse, & prudenter quidem, si Supertis placet. Alijs hoc Thesibus referuo, ubi quid placeat, in hac re, aut quid displiceat, pluribus referam, nam hæ materia profundiores cogitationes sapit,

pit, quæ fini harum Thesum aduersantur.

Certum est V. Formam substantialem esse totam compositi quidditatem, si per hanc intelligas id, quod actuatur, specificat, ac determinat totum substantiale ad tale potius, quam aliud compositum, si vero per rei quidditatem intelligas essentiam clarum est, Formam non esse totam compositi quidditatem, cum non sit tota essentia, sed pars solummodo, quod veteriore explicatione non indiget.

Certum est VI. Non posse duas Formas substanciales simul eandem Materias partem informare etiam de absoluta Dei potentia, quia forent substanciales & accidentales. Primum supponimus, alterum ostendo: vel enim utraque seorsim & in alterius absentia esset adhuc ultimò constitutiva & distinctiva talis totius, vel non.

Si secundum, tunc neutra est forma substantialis, quia de nulla dici potest quod sit ultima constitutiva huius totius. Si primum, tunc utraque est accidentalis, quia qualibet est intenta à natura propter totum adiquatè à se distinctum, nempe propter materiam, formam alteram, eiusque cum materia unionem. Adeoque quidquid dixeris, fieri non potest, ut eandem materias partem bina informet Forma substantialis. Hinc autem facile ad questionem

Respondeo, repugnare ut maneant Elementa actu in mixtis, id est, ut praeter Formam mixti, v. g. Formam Auri alia adhuc forma Elementaris, Terræ v. g. eandem materias partem informent. Ceterum non nego, in poris mixtorum multa latere elementorum corpuscula, sic exprimunt in ferro ignito innumeras

Ignis particulas. Deinde admitto elementa contineri potentiam in mixtis, id est, mixta posse resoluti in Elementa, neque ad hoc necesse est, ut aqua praicontineantur; nam potentiam inesse hic nihil aliud intelligo, quam quod lignum v. g. habeat qualitates omnium elementorum in remissò gradu, unde si calore Ignis destruantur Forma ligni succedent aut iste formæ elementorum de novo producuntur ob qualitates & dispositiones ipsis correspondentes, aut aliae Formæ non multum dissimiles illis, ob qualitatum in maiori intensione conuenientiam. Sic cinis, in quem resoluitur Lignum, est siccior ligno, & vel Terra, vel alia Forma minus ab ludens ab ea, quam forma ligni.

## COGITATIO NOVO SACRA III.

### DE ELEMENTIS ET METEORIS.

I. *MUNDVS* Theatrum est, in quo tot Actores, quot Creaturae.

II. *Quatuor Elementa sunt totidem Scena Mundi sublunaris.*

III. *IGNIS agit personam diuinam IVSTITIÆ & BONITATIS.*

IV. *AER Diuinam POTENTIAM representat.*

*T. 2 V. AQUA*

*V. AQVA DEI SAPIENTIAM eloquitur.*

*V. TERRA BONITATEM Conditoris refert.*

Qvod S. Chrysostomus in Cap. I. Gen: de totâ Mundâ Fabrica sensit, id ego de Mundo sublunari & quatuor Elementis speciam promuovio. Hec omnis, inquit, produxit, ut erga nos Misericordia sua ostendat monstrans, quanto bonore prosequatur humum genus. Et ut bis manuducti ad convenientem sibi adorationem ascendamus. Prodeant igitur in Theatru quatuor isti Actores, & muto silentio diuinas nobis perfections eloquantur, Tercia quidem Bonitatem, Aqua vero Sapientiam, Potentiam deinde Aer, atque Ignis denique Iustitiam Conditoris in proprietatibus suis, veluti speculo representent.

*TERRA Speculum Diuinae  
BONITATIS.*

Terra omnium reliquorum basis, infima quidem situ, utilitate tamen ceteris superior prima subit Scenam à Theodoreto lib. IV. de grecarum affectionum curatione introducta his verbis: Illud preterea opificis DEI Sapientiam planè, potentiamque ostendit, quod neque ipsa Tellus, quamquam per tot annorum millia aratria terga scindatur, seratur, conseraturque, quamquam & fructibus alimenta sufficiat, conculcetur, effodiatur, radatur, imbribus, niuisq; subficit, atque arboribus atteratur, ullam sui diminutionem perpetua est, minorisue Agricolis factus, aut pauciores educit. Bonâ tuâ veniam dixerim doctissimo Theodorete, ijs quæ enumerasti non minus Bonitatem quam

Sapientiam ac Potentiam Conditoris declarari. Certè propter innumera terræ in nos merita, eam venerabundâ Matris competitione dignata est Antiquitas: Sacer quoque Textus hominum matrem Terram dixit, non tam ut nostram superbiam deprimere, quâ concupimus inter Deos haberi, quam ut nobis Creatoris venturique Redemptoris Bonitatem commendaret. Sicut enim terram meliorâ meritam pedibus conculcamus, in eiusdem superficiem ac veluti matris faciem exspuimus, & aratro uterum, quo enati sumus, rediuii Nerones scindimus, ita profectò & Patis nostri innocens tergum ferreis sulcauimus flagellis, pedes eius & manus sceleribus nostris omni adamante durioribus cōscidimus, tantâ sauitiâ, ut in hos gemitus proruperit, foderunt manus meas & pedes meos: eundem verberibus & alapis pulsauimus, in eiusdem faciem proterui luxuriaz sputum coniecumus, teste scripturâ, expuerunt in faciem eius. At ille optimus peccatorum Pater, veluti terra piissima Mater terribilibus etiam, atq; conculeantibus non modo singulis annis, sed singulis penè momentis, bonâ fide, creditum fœnus reddit, & pro verberibus segetes, fruges pro stercoreatione suppeditat; ita, inquam & ille piissimus pro cōtemptu gloriam, pro odio gratiam, pro morte vitam diuinâ munificentia indignæ prouidit soboli; ut nemini dubium esse possit in terræ Matris nostræ beneficentia, tanquam in speculo, Saluatoris relucere BONITATEM.

*AQVA Vestigium Diuinae  
SAPIENTIAE.*

*V Erum dum Terra ex una Theatri par-*  
*te*

te Bonitatem Dei eloquitur, ex aduerso Aquam consanguineum Terræ Elementum in scenam producit Ioan. Chrysostomus Hom. in Psal. 148. Nec hec solum miranda sunt, inquit, quæ de terra diximus, sed Abyssi etiam profunditas. Nam cum ipsum mare ventorum flatibus sit intolerabile, Et tantam babeat aquarum multitudinem non erumpit ex proprijs terminis, non inundat terram vicinam, sed ipsum quoque est alligatum vinculis immobilibus, licet sit alioqui natura aquarum insolens. Cum autem tantum sit magnitudine, Et a tantis spiritibus impellatur; considera quanti sit miraculi, nec per insolentiam, nec per molem ac magnitudinem, nec per vim intolerabilem suo loco excedere, sed in tanta insolentia ordinem Et modum pulchre seruire. Hac ergo apud te reputans poteris hinc quoque DEO laudem Et hymnum contexere, Et eius admirari SAPIENTIAM.

### AER Prototypon Diuitiae POTENTIAE.

**A**Quæ succedit Aer Elementum pridem illi affinitate, cognitione, Sympathia coniunctissimum; utrumque enim humidum ( si de Aere hoc infero vaporibus aquae commisto se moest ) utrumque molle, utrumque permeabile, perspicuum, aut illustre simul lucis attractum, aut obscurum, utrumque perueniū, alarum hoc, pennarum illud remigio natum: dubitare enim necet, an magis pisces volent per aquas, aut volucres natent per aera. Proinde inter cetera diuinæ Prouidentias opera Aerius quoque Theatrum curiosis oculis percurramus; videbimus Aerem toto Terrarum orbe quamquaversum protendi, ambire nos, ambulantibusque confractum cedere, meoque

Sine vulneris vestigio aut cicatrice denuo coalescere, flatum, quem gutture exhalamus putridum, excipere, puriore, ne suffocemur, redditio, odorum fragrantia ad nares summa cum voluptate deferre, ac protrusos ore sonos, vocesque nostras ad aures fidum Interpretem inviolata fidem deportare. Ego itaque ut cum supra laudato Theodoreto Lib. de Prouid. eloquar, uebemester admiror naturam Aeria inconspectam persistere, cum tamen tot numero homines, tisque animalia rationis experientia, illum spirando Et attrahant, Et remittant, Solisque adeo feruentes radij permeando trahiant, præterque Solem ac Lunam id ipsum Stelle quoque efficiant. Sed enim Mundum rurique intuenti, miraculum miraculo superadditur. Parum vero abest, ne confidenter dicam, miraculum hoc loco pro miraculo babendum non esse. Cum sit enim Mundi Opifex DEV'S omnipotens, quecumque ab eo sunt, decet admirari, quam minime, sed auctorem profecto decet laudari quam maxime ob tantæ Potentie velutgia Elemento Aereo impressa.

### IGNIS Umbra Diuitiae JUSTITIAE.

**Q**uam facilis generatio Ignis est, tam facile huius contemplatio flammulas amoris in corde excitat, & ad Coelos in vniuersi Opificem emitit; debuit autem Sapientia diuina naturam Ignis maximè secundam dare, quod ceteris Elementis negauit, ut Ignis Ignem pareat, ne rei tam necessariae unquam orbi Terrarum deterrat copia: concipitur igitur Ignis ab Igne, generatur luce, nascitur motu, corporum mutuo affluu, Solariumque radiorum reflexione gignitur, conca-

concava nāmque specula Soli aduersa  
Igne ipso penē felicius Igne generant.  
Ceterū duo sunt misifici Ignis effe-  
ctus, *vrere & lucere*, quorum hic clarissi-  
mum **BONITATIS** Diuinaz, **JUSTITIA** il-  
le vestigium est. Sicut enim totum Ter-  
rārum Orbem fulgore suo occupat, sere-  
na Lxx, cuius candore ad ortum Solis  
illustratur Horizon, tingitur colorum va-  
riestate multicolor Aēr, Terra vestitur su-  
perbo florū ornata, Astra, orbēsque  
Cœlorum condecorantur: Lucis virtute  
adolescunt Herbae, flosculi redolent, sub-  
sident campi, animantia gestiunt, musicæ  
coincidunt aviculae, totus mundus lata-  
tur. Ita haud aliter, inquam, Diuina Bo-  
**NITAS** Microcosmum, Hominis animam  
tenebris peccati languentem, rediuiuo  
instaurat vigore; dum homo superior,  
Cœlum Animæ, intellec̄tus nimirum Fi-  
dei, Spe Memoria, voluntas Charitate re-  
fulget. Inferior quoque homo & sublu-  
naris ac elementaris, quinque sensus vi-  
delicet, gratiosæ huius Lucis virtutē sen-  
tiunt: Oculi enim Castitate, Pietate au-  
res, nares discretione, os Parsimoniā,  
Mortificatione corpus, concupiscibilis  
facultas Temperantiā, irascibilis man-  
suetudine resplendent. Vnde ridet spi-  
ritus, exultat anima, cœlestique perfusa  
Iætitia in laudes Conditoris erumpit. O  
Lxx beatissima reple cordis intima tuorum  
Fidelium! ut luceamus in domo Ecclesiaz  
non sub Mōdio damnatorum carcere,  
sed super candelabrum veræ legis. Talis  
Lucerna in domo Ecclesiaz ipse Redem-

ptor noster fuit Candelabro Sanctæ Crucis  
impositus, ut toti Mundo diesceret Au-  
rora pacis & gratiarum: irruerunt quidē  
vndique in hanc Lucem validi adeo &  
procellosi venti, ut prope modum sit ex-  
tincta: nam oleum defecit, quando effuso  
sanguineo liquore corpus exaruit, & el-  
lychnium sublatum est, anima à carne di-  
vulsā. Post triduum autem suā virtute  
iterum flamma emicuit, cum oleo imor-  
talis vitæ affuso, & quadragesimo abhinc  
die, non iam Crucis Candelabro, sed thro-  
no Misericordiaz ac Justitiaz ad dexteram  
Patris superimpositum blandâ affulgea  
Luce Fidelibus, & dirum in impios tor-  
quet, non iam Fulgor, sed Fulmen. Ele-  
ganter enim, ut solet magnus Seneca inter-  
vrumque distinguit: fulguratio, inquit,  
lib. II. quest. natur. ignem ostendit, fulmi-  
natio emittit; illa, ut ita dicam, commi-  
natio est, & commotio sine iquo, ista iacu-  
latio cum iquo, illa est fulmen non in ter-  
ras usque perlatum, hæc est fulgor usque  
in terras perductum. Nihil commodius  
ad rem nostram dici potuisset, Philosophi;  
aliud enim est Fulgor **JUSTITIA**, &  
aliud eiusdem **Fulmen**: fulgurat Dux,  
dum minatur improbo, fulminat impiū,  
dum telo mortis iquum in orcum præci-  
pit, fulguratio Judicis est **Fulmen** in hac  
vita MISERICORDIA castigantis, fulmi-  
natio est **Fulgor JUSTITIA** post mortem  
deseruentis, quo sensu regius Propheta:  
*Misit sagittas suas, & dissipauit eos,*  
**FVLGURA**, *& consum-  
psit eos.*

DE





BENEDICITE OMNES VIRTUTES DOMINI DOMINO  
Dan. III.

CORPV MIXTV IN- ANIME, SEV MINE- RALE, vel	Succus vel	Sal	Gemeum Petrosum Ammoniacum etc.
		Sulphur Bitumen	Succinum Naphtha, etc.
Vitrum	Metallum, vt Aurum, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum. Cætera ad hac quinque reducuntur. v.g. stannum ad Plumbum etc.	Vitrum	
		Cos Comunis Silex Pumex, etc.	
Lapis vel	Pretiosus, vt Adamas, Rubinus, Hyacinthus etc. Minus Pretiosus	Rarus	Magnes Alabastrites Porphyrites etc.

J. Christoff Storer del.

Matthaus Küsel sculps.

DE MINERALIBVS  
SE V  
MIXTIS INANIMIS.

HVIUS STATVÆ CAPVT EX AVRO OPTIMO  
erat, Pectus autem & brachia de Argento, &c. Dan. II.

**M**etalli fodinam secè Terra utero subimus statuam noui Artifices elaboraturi, quem Nabuchodonosor sibi in somno oblatam vidit, ac obstuپuit, cuius nimirum caput ex auro optimo erat: pectus & brachia de Argento; venter & femora ex aere; tibia ferrea; pedum quadam pars erat ferrea, & quedam fibilis. Quam in rem septem Planetarum docti mineralium Fabri METALLA conferunt, GEMMAS & SVCCOS, hos quidē, ut quatuor humores suppleant, illas verò ut quinq[ue] sensibus subserviant, nam manus decet esse è Beryllo, ex Amerhysto lingua, cuius lapilli virtus est, ebrietatem prohibere, & sic de alijs. Hac ratione tandem effigies prodibit Exemplari CHRISTO simillima, de quo Cantic. V. Caput eius aurum optimum, manus illius tornatiles aureæ, plenæ Hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus Saphiris, crura illius columba marmoreæ, &c.

## COGITATIO PROFA- NO-ANTIQVA IV.

**M**ixtum est Corpus Physicum pluribus gaudens qualitatibus quam duabus tantum. Per id, quod dicitur Physicum differt a meteoris, seu mixtis imperfectis, quæ sunt tota per aggregationem, id est, non habent partes omnes unitas inter se trino-

nē physica. Reliquæ particulae distinguunt Mixtum perfectum ab Elementis, ut patet ex allata horum definitione Cogit. Phys. III.

Mixtorum alia vivunt, alia non vivunt; Illorum tria sunt genera aut species, nempe vegetativa, sensitiva, & rationalia. Quæ non vivunt, Mineralia vocantur, horum nomine intelliguntur Lrides, Metalla, & Succi.



BENEDICITE OMNES VIRTUTES DOMINI DOMINO  
Dan. III.

CORPVS MIXTVM IN- ANIME, SEV MINE- RALE, vel	Succus vel	Sal	Gēneum Petrosum Amōniacum etc.
		Sulphur Bitumen	Succinum Naphtha, etc.
	Lapis vel	Vitrum	
		Metallum, vt Aurum, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum. Cætera ad hæc quinque reducuntur. v.g. stannum ad Plumbum etc.	
	Comunis Silex	Cos	
		Pumex, etc.	
	Rarus	Pretiosus, vt Adamas, Rubinus, Hyacinthus, etc.	
		Minus Pretiosus	Magnes Alabastrites Porphyrites etc.

J. Christoff Storer del.

Matthaus Kijssel sculps.

DE MINERALIBVS  
SE V  
MIXTIS INANIMIS.

HVIUS STATVÆ CAPVT EX AVRO OPTIMO  
erat, Pectus autem & brachia de Argento, &c. Dan. II.

**M**Etalli fodinam secuto Terra utero subimus statuam noui Artifices elaboraturi, quem Nabuchodonosor sibi in somno oblatam vidit, ac obstuپuit, cuius nimirum caput ex auro optimo erat: pectus & brachia de Argento; venter & femora ex are; tibia ferrea; pedum quadam pars erat ferrea, & quædam fætilis. Quam in rem septem Planeta docti mineralium Fabri METALLA conferunt, GEMMAS & SVCCOS, hos quidē, ut quatuor humores suppleant, illas verò ut quinq; sensibus subseruant, nam manus decet esse è Beryllo, ex Amethysto lingua, cuius lapilli virtus est, ebrietatem prohibere, & sic de alijs. Hac ratione tandem cæfigies prodibit Exemplari CHRISTO simillima, de quo Cantic. V. Caput eius aurum optimum, manus illius tornatiles aureæ, plenæ Hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus Saphiris, crura illius columba marmoreæ, &c.

### COGITATIO PROFA-

#### NO-ANTIQVA IV.

ne physica. Reliquæ particulæ distinguunt Mixtum perfectum ab Elementis, ut patet ex ællata horum definitione Cogit. Phys. III.

**M**ixtum est Corpus Physicum pluribus gaudens qualitatibus quam duabus tantum. Per id, quod dicatur Physicum differt à meteoris, seu mixtis imperfectis, quæ sunt tota per aggregationem, id est, non habent partes omnes unitas inter se unio-

Mixtorum alia vivunt, alia non vivunt; Illorum tria sunt genera aut species, nœmpe vegetativa, sensitiva, & rationalia. Quæ non vivunt, Mineralia vocantur, horum nomine intelliguntur Lrides, Metalla, & succi.

## De LAPIDIIS.

**L**APIS est Mixtum perfectum ac durum & terrestre, quod neque mallo duci, nec bumore, aut calore liquefieri potest per se. Nam propter commixtum succum aut metallum liquantur nonnulli lapides, vt Perimacum, Alabandicus, lapis calcinarius. Hac definitione lapis differt I. ab Elementis, & Meteoris quae non sunt mixta perfecta. II. Ab omnibus liquidis, quia durus est. III. A metallis, quia non est ductilis mallo. IV. A succis concretis, quia non est per se liquabilis. Quare videtur fabulosum esse, quod Crystallus sit aqua congelata, omne enim corpus aquatum igni admotum evaporat; Crystallus autem, aliquo pellucidi lapides igni admoti in cineres abeunt, adeoque magis Terram quam Aquam redolent.

Dividitur Lapis in Arte factum, & Naturam generatum. Illius generis sunt lateres & vasaria fictilia, quae coquuntur.

Hi posteriores scilicet à Natura ex succo lapideo generabiles subdividuntur in Lapides communes & pretiosos. Communes appellantur qui passim obuij sunt, in plures species divisi v. g. Marmor, Alabaster, Porphyrites, Lapis Lydius, Silex, Pyrites, Cos, Ardesia, Talcus, Pumex, Topbus, Calculus, Lapis fulmineus seu Ceraunia, Amyntbus, Glossoptera, Obsfragus, Corallium, Ematides, Magnes, &c.

Horum alij generantur extra corpora viuentium, alij intra corpora animalium. Et quidem vel per se, & ex intentione Naturae, vt in Piscibus, & Ostreis, in Bufonum & Cochlearum corporibus, vel per accidentem & praeter Naturam in Hepate, Lieñe, Renibus, Vesicâ. Materia omnium, & qua nascuntur, tanquam semine quo-

dâto, est Succus Lapidescens, Ostreæ cum exrupibus, Cochlearæ è Terra lambunt, Aquæ etiam per loca faxosa transiuntia abundunt, secundumque deuehunc hunc succum, quo plantæ implicatae in saxa similiter concrescunt, ut subinde vidimus. Idem si corpora humana, præsertim quæ naturæ sunt calidioris occupat, vi caloris humor exsiccatur, & in massam Lapideam induratur. Humor hic subinde nascitur ex alimentis terrestribus, quæ homines ledentarij non possunt concoquere, subinde hereditatio iure communicatur. Figura calculi petitur à casu, vel à capacitate vasculi, in quo formatur: aliquando habet superficiem politam, cum scilicet vigo quedam superinducitur, nonnunquam superficie tegitur aspera, quia multa granula arenæ superadduntur; hinc dolor in traiectione, hinc sanguis, quia scabrities calculi vas suum discepit. Fieri quidem potest, vt soluat calculus, & liqueatur quibusdam aquis acribus, sed non sine maximo periculo. Extractio est pariter periculosa; vt dubium non sit, quod præstet citiore mori, quam diu viuere cum hac diuturna morte colluantem.

Lapides pretiosi sunt magni pretij in parua quantitate, sunt autem plures species illorum, v. g. Adamas, Hyacinthus, Granatus, Sappirus, Smaragdus, Topazius, Beryllus, Opalus, Turcoris, &c.

Nihil addo de Lapidibus fabulosis, quales dicuntur esse illi, quæ dracones in capite gerunt oculorum loco, & illi, quo hirundines visum restituunt suis pullis, aliquæ similes, nusquam enim hi lapides visi sunt. Illud quidem certum, multis locis in Delphinatu nasci lapillos laevigatissimos, qui oculis inditi, totam corneam sine iniuria perlustrant, & sorores abstergunt.

De

## De METALLIS.

**M**E T A L L U M est Mixtum perfectum igne liquabile, & molle ductile. Definitio clara est: distinguitur à Lapide, quia est liquabile, distinguitur à Succo, quia est ductile. Eius materia est *halitus ex vapore aqueo*, & sicco tetro ac filamentis igneis & quis ferè portionibus permixtus. Nam pondus Metallū Terram prædicat, inflammatio Ignem, duabilitas humorem; generantur autem hoc ferè modo. Humor aqueus, & exhalationes terreas vi Ignis subterranei sursum elevari per nimias fætorum cō vsque aguntur, donec obſtaculo interposito consistendum sit, vbi ſibi inācēm magis permixti, expreſſā nimietate humoris disponuantur proxime per influentias astrorum, vsquedam cōrundem virtute forenam nouam metallū huius aut illius pro diſpoſitionum varietate concepiant. Ipſe locus, d quo eſſe diuntur, PODINA dicitur. VENA verò aut ipsa materia, ē quā conſtat metallū, aut potius canalis ille, seu vas, & receptaculum materiæ Metallū fœtum hoc nomine appellatur. Fibrae ſunt, ipſis commiſſuræ, quibus vniuariunt Venæ, ipſum Metallum denique MINERA dicitur. Possunt inueniri fodinae dupli modo. I. Casu. II. Arte. Casu ſæpe id accidit vi ventorum motu Terra, ſyluarum incendijs, imò nonnunquam ligone reperita est auri vena. Arte verò ut deprehendatur I. Obſeruanda ſunt ramenta, quæ torrens aliquis fecum vehit. II. Obſeruandus est quidam thucor in superficie terræ mineralis. III. Obſeruandas eſt plague, in quibus pruina citius liqueſcit. IV. Arborum folia verno tempore ſunt liquida, vel ſubcerulea in locis minerali-

bus. V. Odor etiam mineralium indicat, qui exhalatur ex lapidum attritu. VI. Grauior terra est ſignum minere. VII. Lapidés in altera facie maximè ſplendent. VIII. Steriles montes, licet magni, irrigui. IX. Aquæ metallicæ. X. Lapidés liquabiles. XI. Raræ plantæ, quæ fructum non ferunt.

Metalli species ſunt, Aurum, Argentum, Aes, Ferrum, Plumbum; nam ſannum refertur ad Plutobum Cuprum ad Aes, Chalybe ad Ferrum. Argentum vivum non videatur annulerandū Metallis, quia tantum discrepat ab alijs Metallis, ut mixtum patiēt Metallicum, aut etiam oppoſita Metallo. Species videaq;ur. Nam Metalla ſunt dura, liquabilia, duabilia, & patet ex altata definiōne, Igni impoſita non euaporant, &c quæ omnia repugnare Argento vivo Philosophus docet, & cōmūbis experientia.

AURUM est metallum floridum, incremabile. Halitus ē quo naſcitur, eſt aggregatum ex multis partibus terre, & ignis, paucioribus aquæ, nullis ferè aëreis, eſt omnium Metallorum grauiſſimum, inflammari potest & liquari, ſed non creari, ita ut per illam inflammationem reſoluatur.

ARGENTUM est metallum candidum maximè innatu pollens. Halitus quo gignitur, conſtat multâ terrâ, igne mediocri, modico humore, plūs habet aëris, quam ille, ē quo formatur Aurum, ſed minus Ignis. Odore ex Argenti fodinis noxius eſt cumq; animantibus preſertim canibus, quia canes oſta quæ reliquis valent.

PLUMBUM eſt metallum mollificum, facile liquabile, ſu'nigrum, & maxima poſt Aurum & Mercurium grauitatis. Ha- lium, unde generatus Plumbum, habet

## De LAPIDIIS.

**L**APIS est Mixtum perfectum ac durum & terrestre, quod neque malleo duci, nec bumore, aut calore liquefieri potest per se. Nam propter commixtum succum aut metallum liquantur nonnulli lapides, vt Perimacum, Alabandicus, lapis calcinatus. Hac definitione lapis differt I. ab Elementis, & Meteoris quae non sunt mixta perfecta. II. Ab omnibus liquidis, quia durus est. III. A metallicis, quia non est ductilis malto. IV. A succis concretis, quia non est per se liquabilis. Quare videtur fabulosum esse, quod Crystallus sit aqua congelata, omne enim corpus aquatum igni admotum evaporat; Crystallus autem, aliquae pellucidi lapides igni admoti in cineres abeunt, adeoque magis Terram quam Aquam redolent.

Dividitur Lapis in Arte factum, & Naturam generatum. Illius generis sunt lateres & vas fistilia, quae coquuntur.

Hiposterores scilicet à Natura ex succo lapideo genetabiles subdividuntur in Lapides communes & pretiosos. Communes appellantur qui passim obuij sunt, in plures species diuisi v. g. Marmor, Alabaster, Porphyrites, Lapis Lydius, Silex, Pyrites, Cos, Ardesia, Talcus, Pumex, Topbus, Calculus, Lapis fulmineus seu Ceraunia, Amyntibus, Glossopetra, Obsfragus, Corallium, Ematides, Magnes, &c.

Horum alij generantur extra corpora viventium, alij intra corpora animalium. Et quidem vel per se, & ex intentione Naturae, vt in Piscibus, & Ostreis, in Bufonum & Cochlearum corporibus, vel per accidentem & præter Naturam in Hepate, Lieñe, Renibus, Vesicâ. Materia omnium, & qua nascuntur, tanquam semine quo-

dam, est Succus Lapidescens, Ossæ cum exrupibus, Cochlearæ è Terra lambunt, Aquæ etiam per loca faxosa transiuntia abradunt, secundumque deuenient hunc succum, quo plantæ implicatae in saxa similiter concrescunt, vt subinde vidimus. Idem si corpora humana, præsertim quæ naturæ sunt calidioris occupat, vi caloris humor exsiccatur, & in massam Lapideam induratur. Humor hic subinde nascitur ex aliamentis terrestribus, quæ homines sedentarij non possunt concoquere, subinde hereditatio iure communicatur. Figura calculi petitur à casu, vel à capacitate vasculi, in quo formatur: aliquando habet superficiem politam, cum scilicet vigo quedam superinducitur, non nunquam superficie tegitur aspera, quia multa granula arenæ superadduntur; hinc dolor in tritacione, hinc sanguis, quia scabrities calculi vas suum discepit. Fieri quidem potest, vt soluatur calculus, & liqueatur quibusdam aquis acribus, sed non sine maximo periculo. Extractio est pariter periculosa; vt dubium non sit, quod præstet citio mori, quam diu viuere cum hac diuturna morte colluantem.

Lapides pretiosi sunt magni pretij in parua quantitate, sunt autem plures species illorum, v. g. Adamas, Hyacinthus, Granatus, Sapbyrus, Smaragdus, Topagus, Beryllus, Opalus, Turcoris, &c.

Nihil addo de Lapidibus fabulosis, quales dicuntur esse illi, quæ dracones in capite gerunt oculorum loco, & illi, quo hirundines visum restituunt suis pullis, aliquæ similes, nusquam enim hi lapides visi sunt. Illud quidem certum, multis locis in Delphinatu nasci lapillos laevigatissimos, qui oculis inditi, totam corneam sine iniuria perlustrant, & sorores abstergunt.

De

## De METALLIS.

**M**E T A L L U M est Mixtum perfectum igne liquabile, & malleo ductile. Definitio clara est: distinguitur à Lapide, quia est liquabile, distinguitur à Succis, quia est ductile. Eius materia est *halitus ex vapore aquo*, & sicco terreo ac filamentis igneis æquis ferè portionibus permixtus. Nam pondus Metalli Terram prædicat, inflammatio Ignem, ductilitas humorem; generantur autem hoc ferè modo. Humor aqueus, & exhalationes terreæ vi Ignis subterranei sursum eleuati permissas Patorum cō vsque aguntur, donec obstatculo interposito consistendum sit, ubi sibi iniicem magis permixti, expressâ nimietate humoris disponuntur proximè per influentias astrorum, vsquedum corundem virtute formam nouam metalli huius aut illius pro dispositionum varietate concepiant. Ipse locus, & quo effunduntur, PODINA dicitur, VENA vero aut ipsa materia, è quâ constitutum metallum, aut potius canalis ille, seu vas, & receptaculum materiæ Metallorum fortius hoc nomine appellatur, FIBRA sunt, ipsis commissuræ, quibus vniunctur Venæ, ipsum Metallum denique MINERA dicitur. Possunt inueniri fodinae dupli modo. I. Casu. II. Arte. Casu saepe id accidit vi ventorum motu Terra, syluarum incendijs, imò nonnunquam lignore reperita est auri vena. Arte vero ut deprehendatur I. Observanda sunt ramenta, quæ torrens aliquis fecundum vehit. II. Observandus est quidam mucor in superficie terre mineralis. III. Observandas esse plage, in quibus prima citius liquefacit. IV. Arborum folia verno tempore sunt liquida, vel subcærulea in locis minerali-

bus. V. Odor etiam mineralia indicat, qui exhalatur ex lapidum attritu. VI. Grauior terra est signum mineralium. VII. Lapides in altera facie maxime splendent. VIII. Steriles montes, licet maxi- mè irrigui. IX. Aquæ metallicæ. X. Lapides liquabiles. XI. Raræ plantæ, quæ fructum non ferunt.

Metalli species sunt, *Aurum, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum*; nam plumbum referetur ad *Plutobium Cuprum* ad *Æs, Chalybe* ad *Ferrum*. *Argentum vivum* non videtur annumerandū Metallis, quia tantum discrepat ab alijs Metallis, ut mixtum potius *Metallum*, aut etiam opposita Metallo Species videatur. Nam Metalla sunt dura, liquabilia, ductilia, ut patet ex allata definitione, Igni impensa non evaporant, &c quæ omnia repugnante Argento vivo. *Philosophus* docet, & cōmunitis experientia.

**A U R U M** est metallum floridum, incremabile. Halitus è quo nascitur, est aggregatum ex multis partibus terræ, & ignis, paucioribus aquæ, nullis ferè æreis, est omnium Metallorum grauissimum, inflammari potest & liquari, sed non creari, ita ut per illam inflammacionem resolvatur.

**A R C E N T U M** est metallum candidum maximè innatu pollens. Halitus quo dignatur, constat multâ terrâ, igne mediocri, modico humore, plus habet æris, quam ille, è quo formatur Aurum, sed minus Ignis. Odor ex Argenti fodinis noxius est cunctis animalibus præsertim canibus, quia canes olfactu præ reliquis valent.

**P L U M B U M** est metallum molleissimum facile liquabile, subnigrum, & maxime post aurum & Mercurium grauitatis. Haec, unde generatus *Plumbum*, habet mul-

**m**ultum terræ, ignis modicum, plus li-  
quoris. Hinc mollities plumbi, tum quia  
minor est filamentorum implicatio de-  
finita, tum ob copiam humoris.

**F E R R U M** est *Metalum omnium durissimum*, *subnigrum*, *difficulter liqueabile*, *rubiginem contrahens*, *virtutis Magnetica*, & *Temperantie capax*. Temperatura ferri tantum sit, eò quod per poros laxatos ferri carentis quedam corpuscula insinuantur, pro diuersitate materiarum, in qua extinguitur. Duo autem sunt temperaturæ effec̄tus, I. est, quod Ferrum reddatur durius aut mollius, vel laevigatus, vel asperius. II est, quod reddit ferrum flexibile, aut inflexibile, vel minus frangibile.

Aqua in qua Ferrum extingutum est, multum confert stomacho, & spleni, immo & ijs, qui morbo dissenterico laborant. Ratio est, quia cum extinguitur Ferrum, constringuntur pori, igitur subtilliores partes expressæ decidunt in aqua, quæ epotæ subtilitate suâ iuvant concoctionem ciborum in ventriculo, & eadē ex causa spleni fauent; Morbum autem dissentericum pellunt, quia pollent vi constringendi meatus laxatos.

**Æs** est *Metalum sonorum ad aurum similitudinem accedens colore, non pondere*. Diversæ sunt Æris species; *rubrum*, quod vulgo cuprum dicitur; *album* redditur, si stanno commisceatur; *flavus* color proprius est.

Cæterum ut semel sciamus, quæ sit proportio gravitatis inter metalla, ad vertendæ sunt recentes observationes Docti RR. Ille ergo hanc obseruavit proportionem: Sit Aurum 100. Mercurius erit 71*1*<sub>2</sub>. Plumbum 60*1*<sub>2</sub>. Argentum 54*1*<sub>2</sub>. Cuprum 47*1*<sub>2</sub>. Æs 45. Ferrum 42. Stan-

num commune 39. Stannum purum 38. Magnes 26. Marmor 21. Lapis communis 14. Crystallus 12*1*<sub>2</sub>. Aqua 5*1*<sub>2</sub>. Vi-num 5*1*<sub>2</sub>. Cera 5. Oleum 4*1*<sub>2</sub>.

### De ijs, quæ reducuntur ad Metalla.

I. **L**YTARGRUM, quod est argenti spuma, seu potius plumbum uestum, argenti vaporibus commixtum aliquando aurei coloris, aliquando argentei pro maiore vistione. Vino mixtum confert gratum saporem, sed valetudini obest, nisi diu quiescat.

II. **ELECTRUM** est mixtum ex *Auro & Argento* splendidissimum *Metallorum*; ob candidum Argenti colorem fulvo auri commixtum. Si venenum infundatur in vas ex *Electro* constitutum, auditur quidam stridor, quod si verum est, ideo fit quia acri virtute veneni quedam particulae Eleætri, quæ deinde ebulliunt separantur.

III. **FLOS ÆRIS** est pars æri subtilior extra fornacem in granula concrescens, squamma dicuntur particulae quæ auant, dum tunditur malteo.

IV. **SCORIA** est id, quod supernat metallo, dum liquefcit.

V. **CERVSSA** est plumbum putrefactum, idem ferè *Plumbo*, quod *strugo* Æri, & *Rubigo Ferro*. Fit autem Arte impositis farmento plumbis laminis & superfuso aceto acerimo. Eius gravitas habetur à multa terra, candor interditur à particulis sphæticis. Est inflexibilis, quia caret partibus humoris, hinc liquari igne amplius non potest; facile adhæret tabule sicut creta, quia particulis constat tenuissi-

'nuissimis parum Vnitis. Denique habet rationem pigmenti propter albedinem, & aliquando veneni propter acrimoniā.

**V. ARGENTVM VIUVM**, seu **HYDRARGIRVM**, vel **MERCVRIVS**, quae sunt synonima, est mixtū metallicum, vel opposita Metallo species, omnium post **AURUM** grauissimum, ex natura sua liquidum, candidū, facile exhalabile &c. **Hallitus** ē quo nascitur est aggregatum ex aquaeis ac terreis particulis. Hinc habet suam grauitatem, hinc modico calore exhalatur. Hinc sese facile insinuat per pores corporū. Auri amicum esse dicitur, de quo mira habetur experientia, ut enim hydrargirum ē corpore humano extrahatur, appulus aureus ore continēdus est cui hydrargirum sensim adhæret. Rationem huius rei dare, difficile est, nā quod aliqui dicunt, Mercurio inesse vim quandam occultam & Magneticam se conuertendi ad aurum sine fundamento asserit, quia nihil sale experimūr, quando Mercurium iuxta Aurum collocamus. Illud quidem constat, tenacius eum auro adhærere, vnde probabilius videtur, Mercurium cum anhelitu exhalari, nihil enim est, quod tam citò auolet, cùmque particulæ Mercurij subtilissimæ ad annulūm aureum in ore retentum offendant, adhærent & cum aureo annulo ita deargentato extrahuntur. Fossores Hydrargiri non diu viuunt obnoxium & subtilissimum ærem ē minera prodeuntem. Nocet generationi Plantarum, plantasq; intermixt subtilitate suā, quā minutiores earum fibras transundo perfodit, lacerat, ac discerpit. Denique Mercurius est imago Resurrectionis, & secundum naturę post magnetem miraculum.

**STIBIUM**, quod etiam antimonium vocatur, est mixtum metallinum, fossile, liquabile, friabile, sed non ductibile. Eosdem ferè præstat esse Quas, quos argentum viuum, vnde à nonnullis Mercurius congelatus appellatur; imo aliquid argenti sibi habet admixtum, quare inueniūt in fodina argumento est, non procul inde abesse venas argenteas. Magnus eiusdem usus est in medicamentis, & summa existimatione habet apud Chymicos; alijs compluribus stibium suspectum est, & nisi recte temperetur, ac præparetur, plurimum obesse dicitur.

### De SVCCIS.

**O**mne id, quodd exprimi ex aliо potest, in sensu lato succus dicitur, strictè tamen pro mixto perfecto non viuente liquabile quidem, malleo tamen non ductibili accipitur. Tria enim sunt Mineralium genera, **Metallum**, **Lapis**, & **Succus**. Primum liquatur & malleo ducitur. **Succus** liquatur, sed malleo non ducitur. **Lapis** nec ducitur malleo, nec liquatur.

Dividitur **Succus** in IV. species aut generā, ad quæ reliqui reduci possunt, videlicet in **Salem**, **Betumen**, **Sulphurum**, & **Vitrum**.

**SAL** est **Succus terrestris** humore modico solubilis, & summo tantum calore. Dicitur I. **Succus terrestris**, ut grauitas ipsa Salis testatur. II. **Humore modico solubilis**, sic enim facile liquatur **Sal**. III. **Summo calore liquabile**, quæ omnia ipsū constant experientiā. Formatur autem **Sal** ex aqua falsa, dum vi caloris Salis humor exhalatur, & partes terrestres residue in massam concrescunt. Qui Sale non vtuntur leproz obnoxij sunt, immo & grauem anhelitum

multum terræ, ignis modicum, plus liquoris. Hinc mollices plumbi, tum quia minor est filamentorum implicatio defensu ignis, tum ob copiam humoris.

**F E R R U M** est Metallum omnium durissimum, subnigrum, difficulter liquabile, rubiginem contrabens, virtutis Magnetica, & Temperantie capax. Temperatura ferri tantum sit, cō quod per poros laxatos ferri candentis quedam corpuscula insinuantur, pro diversitate materiarum, in qua extinguitur. Duo autem sunt temperaturæ effectus, I. est, quod Ferrum reddatur durius aut mollius, vel laevigatius, vel asperius. II est, quod reddit ferrum flexibile, aut inflexible, vel minus frangibile.

Aqua in quâ Ferrum extinguum est, multum confert stomacho, & spleni, immo & ijs, qui morbo dissenterico laborant. Ratio est, quia cum extinguitur Ferrum, constringuntur pori, igitur subtilliores partes expressæ decidunt in aquâ, quæ epotæ subtilitate suâ iuvant concoctionem ciborum in ventriculo, & eadē ex causa spleni fauent; Morbum autem dissentericum pellunt, quia pollent vi constringendi meatus laxatos.

**Æs** est Metallum sonorum ad auri similitudinem accedens colore, non pondere. Diversæ sunt Æris species; *rubrum*, quod vulgo cuprum dicitur; *album* redditur, si stanno commisceatur; *flavus* color proprius est.

Casterum ut semel sciamus, quæ sit proportio gravitatis inter metalla, aduentendæ sunt recentes observationes Docti RR. Ille ergo hanc obseruauit proportionem: Sit Aurum 100. Mercurius erit 71 $\frac{1}{2}$ . Plumbum 60 $\frac{1}{2}$ . Argentum 54 $\frac{1}{2}$ . Cuprum 47 $\frac{1}{2}$ . Æs 45. Ferrum 42. Stan-

num commune 39. Stannum purum 38. Magnes 26. Marmor 21. Lapis communis 14. Crystallus 12 $\frac{1}{2}$ . Aqua 5 $\frac{1}{2}$ . Vim 5 $\frac{1}{2}$ . Cera 5. Oleum 4 $\frac{1}{2}$ .

### De iis, quæ reducuntur ad Metalla.

I. **L YTARGRUM**, quod est argenti spuma, scupotius plumbum ustum, argenti vaporibus commixtum aliquando aurei coloris, aliquando argentei proximare vltione. Vino mixtum confert saporcm, sed valetudini obest, nisi diu quiescat.

II. **ELECTRUM** est mixtum ex Auro & Argento splendidissimum Metallorum; ob candidum Argenti colorem fulvo auri commixtum. Si venenum infundatur in vas ex Electro confatum, auditur quidam stridor, quod si verum est, ideo fit quia acri virtute veneni quedam particulae Eletri, quæ deinde ebulliuat separantur.

III. **FLOS ÆRIS** est pars æri subtilior extra fornacem in granula concrescens, squamæ dicuntur particulæ quæ auant, dum tunditur malteo.

IV. **SCORIA** est id, quod supernat metallo, dum liqueficit.

V. **CERVSSA** est plumbum putrefactum, idem ferè Plumbo, quod arugo Æri, & Rubigo Ferro. Fit autem Arte impositis fomento plumbis laminis & superfuso aceto acerrimo. Einus gravitas habetur à multa terra, candor intenditur à particulis sphæricis. Est inflexibilis, quia caret partibus humoris, hinc liquari igne amplius non potest; facile adhæret tabletæ sicut creta, quia particulis constat tenuisissimis.

'nuissimis parum Vnitis. Denique habet rationem pigmenti propter albedinem, & aliquando veneni propter acrimoniām.

**V. ARGENTVM VIUVM**, seu **HYDRARGIRYM**, vel **MERCVRIVS**, quae sunt synonima, est mixtū metallicum, vel opposita Metallo species, omnium post **AURUM** grauissimum, ex natura sua liquidum, candidū, facile exhalabile &c. **Hallitus** ē quo nascitur est aggregatum ex queis ac tērcis particulis. Hinc habet suam gravitatem, hinc modico calore exhalatur. Hinc sese facile insinuat per poros corporū. Auri amicum esse dicunt, de quo mira habetur experientia, veniam hydrargirum ē corpore humano extrahatur, appulus aureus ore continēdus est cui hydrargirum sensim adhæret. Rationem huius rei dare, difficile est, nā quod aliqui dicunt, Mercurio inesse vim quandam occultam & Magneticam se conuertendi ad aurum sine fundamento asseriunt, quia nihil sale experimentū, quando Mercurium iuxta Aurum collocamus. Illud quidem constat, tenacius eum auro adhærere, vnde probabilius videtur, Mercurium cum anhelitu exhalari, nihil enim est, quod tam citò auolet, cūmque particulæ Mercurij subtilissimæ ad annulūm aureūm in ore retentum offendant, adhærent & cum aureo annulo ita deargentato extrahuntur. Fossores Hydrargiri non diu viuunt obnoxium & subtilissimum ærem ē minera prodeuntem. Nocet generationi Plantarum, plantasq; interimit subtilitate suā, quā minutiores earum fibras transundo perfodit, lacerat, ac discepit. Denique Mercurius est imago Resurrectionis, & secundum naturā post magnetem miraculum.

**S T I B I V M**, quod etiam antimonium vocatur, est mixtū metallinūm, fossile, liquabile, friabile, sed non ductibile. Eosdem ferè prēstat effēctus, quos argentum viuum, vnde à nonnullis Mercurius congelatus appellatur; imo aliiquid argenti sibi habet admixtū, quare inueniuntur in fodina argumento est, non procul inde abesse venas argēteas. Magnus eiusdem usus est in medicamentis, & summa existimationē habet apud Chymicos; alijs compluribus stibium suspectum est, & nisi recte temperetur, ac præparetur, plurimum obesse dicitur.

### De SVCCIS.

**O**Mne id, quod exprimi ex alijs potest, in sensu lato succus dicitur, strictè tamen pro mixto perfecto non viuente liquabile quidem, mallo tamen non ductibili accipitur. Tria enim sunt Mineralium genera, **Metallum**, **Lapis**, & **Succus**. Primum liquatur & mallo ducitur. **Succus** liquatur, sed mallo non ducitur. **Lapis** nec ducitur mallo, nec liquatur.

Dividitur **Succus** in IV. species aut generā, ad quā reliqui reduci possunt, videlicet in **Salem**, **Bitumen**, **Sulphur** . . . , & **Vitrum**.

**S A L** est **Succus terrestris** humore modico solubilis, & summo tantū calore. Dicitur I. **Succus terrestris**, vt grauitas ipsa Salis testatur. II. **Humore modico solubilis**, sic enim facile liquatur **Sal**. III. **Summo calore liquabile**, quæ omnia ipsā constant experientiā. Formatur autem **Sal** ex aqua falsa, dum vi caloris Salis humor exhalatur, & partes terrestres residue in massam concrescunt. Qui Sale non vivunt lepræ obnoxij sunt, imo & grauem anhelitum

tum spirant; Sale enim putredine liberat, cum partes, ne fluant, oblongis, quibus constat, corpusculis quasi configat, unde multæ carnes, ne putrescant, Sale con- diuntur.

Ad Salis genus reuocantur I. **SAL artenarium** seu **Ammoniacum**, sic dictum, quod sub arenis nascatur, in superiore Ægypto, in qua Templum stetit Ammoni sacrum. Ab alijs dicitur **Armeniacum**, & ab alijs **Armoniacum**, quod ab Armeniis ad nos deferatur. II. **SAL lignarium**, quod ex cineribus putridi ligni educitur. **Naphticum** vel **bituminosum**, quod fit ex calcinato bitumine. IV. **SAL gemme** vel **crystallinum**, quod est fossile, arque diaphanum, unde à crystallo nomen habet. V. **Sal alkali** vel **herbas salae**, &c.

**Sulphur** est succus constans multo igne, hinc facile accenditur, & mediocris humore, quare facile frangitur, nam flexibilitas prouenit à multâ humoris copia, quâ caret Sulphur.

**Bituminis**, quod constat materiâ combustibili ac tenaci, diversæ sunt species. I. **Affaltum**. II. **Gagates**. III. **Cambora**. IV. **Succinum**. V. **Naphta**.

**VITRUM** multum terre, modicū ignis, & modicū habet aquæ. Hinc fragile est, quia caret humore; & quia modico constat igne, summo tantum calore emollitur.

#### Q V Æ S T I O I V.

**Q**uæri nunc potest, an mineralia hucusque enumerata sint totum per aggregationem, sicut diximus de Meteoris, quod sint aggregatum ex IV. Elementis, uno prædominante, an vero sint totum physicum cuius partes nimis rurum unione

physicâ connequantur, que res occasio- nem mihi præbet, posteaquam præde- cebitibus questionibus de Materiâ & For- mâ aërum est, inquirendi naturam ac essentiam vniuersis physicæ. Proinde antequam ad propositam questionem respondeam,

Certum est I. modum esse essentialē determinationem rei indifferētis præcipue amabilem propter aliud, cui immediatè unitur. Dicitur I. Essentialis determinatio rei indifferētis, ita quo convenit modus cum quibusdam entitatibus non modisbus: nam cognitiones sunt essentialis determinatio rei indifferētis, animæ videlicet, ad hoc potius quam aliud obiectum. Ei potentiae animæ in sententia Thomistæ realiter distinctæ ab anima sunt es- sentialis determinatio animæ, & Angelus in sententia quorundam identificatus cum sua creatione est essentialis de- terminatio omnipotentiae divine, & apud quosdam formæ materiales sunt actualis determinatio, materiæ indifferētis ad hanc aut illam formam: neque tamen formæ materiales aut Angelis, vel potentias si sint ab anima realiter distin- guez, dicuntur aut dici debent entitatis modales. Dicitur II. præcipue amabilis propter aliud, cui immediatè unitur. Quæ particulæ modum ab omniente absolu- to distinguunt. Nam Angelus, & po- tentiae animæ juxta prædictas sententias et si sint essentialis determinatio rei indifferētis, non tamen sunt pura habitudo & merus ordo unius ad aliud, seu aliquid tantum amabile propter aliud, quia ha- bent prædicata sibi identificata, & non transcendentalia, per se amabilia ut sunt vitalitas, rationalitas, risibilitas &c. quæ sunt prædicata per se amabilia.

Econtra

Econtra unio est pura habitudo unius extremi ad aliud in ordine ad communicaanda inter se praedicata, quia principalis amabilitas vnionis est propter aliud, vide licet propter extrema, quae unit. Et a Qionis amabilitas est propter esse quum, quem ponit, ubicationis propter rem, quam locat, & sic de alijs.

Certum est II. dari modos. Dantur enim puræ habitudines unius ad aliud, in quo iuxta explicationem datam diximus consistere essentiam entitatis modalis. Denide indifferentia rerum non potest tolli per indifferentiam iuxta fund. I. de relas. in Conclus. nostris Logicis relatum pag. 172. ergo debent dari essentiales determinationes à reb' indifferentibus realiter distinctæ, per quas serum indifferentia tollatur. Porro istæ essentiales determinationes sunt primariò amabiles propter ea, quorum tollunt indifferentiam, ut patet ex cuiuslibet conceptu in particulari, ergo dantur entitates modales.

Certum est III. unionem non identificari cum extremis indifferentibus, nihil enim absurdius cogitari potest, quam duo esse identificata & non esse identificata realiter, quod evidenter sequitur ex opposita formalistarum sententia, ut euidenter in Conclus. citatis Conclusione X. demonstrauimus, quæ repeterem hoc loco non vacat.

Certum est IV. Unionem non posse consistere in simultanea duorum coexistentia quoad locum & tempus aut alio simili accidente; quia accidentis non potest esse pars constitutiva totius substantialis, quod tamen aperte sequeretur; nam unio est pars totius vi regulæ partium coniunctione I. Logicæ traditæ, nam immediata-

tè ponitur in definitione cuiuslibet rationis physici non quidem sub hoc nomine *unio*, sed tamen sub æquivalenti, & sub vnionis conceptu, quod sufficit, ut aliquid immediate dicatur, ponit in definitione cæteris paribus.

Certum est V. Decretum Domini, quo Deus vult existere extrema, non esse vniōnem; quis enim dixerit decretum Domini esse partem constitutivam canis, Leonis, plantæ, ignis &c. deinde potest Deus velle formam existere & materiam, nec tamē inter se vñiri. Denique id quod decretum habet pro obiecto erit unio formalis, non vero ipsum decretum quod tantum effectuè concurret ad unionem.

Certum est VI. Dari unionem Physicalam, quia hæc propositio materia *Tractatus Petri* v.g. *sunt unita* vera est, huius autem propositionis verificativum non sunt entitates extermorum solæ, neque cum decreto Domini, aut cum dispositionibus accidentalibus, &c. ut auferimur probatum est; ergo allata propositio verificabitur per aliquid aliud, & illud erit unio.

Certum est VII. Unionem esse entitatem modalem, quod sic ostendo: unio ex conceptu suo est merus nexus extermorum ad faciendum ens unum perse, nexus merus est merus & purus respectus, purus respectus extermorum, est purus ordo, purus ordo est pura habitudo, habitudo pura unitæ extermi ad aliud est mera amabilitas extermorum, mera extermorum amabilitas est entitas modalis, ergo à primo ad ultimum, nexus extermorum ad faciendum ens unum perse est entitas modalis. Quare definiti potest unio physica, quod sit pura habitudo physica duorum extermorum ad

*communicanda fisi mutò predicata. His premissis.*

Respondeo ad propositam quæstionem, Mineralia sicut Elementa & alia Mixta perfecta non esse tota Logica seu per aggregationem, uti sunt exercitus, hostus, edificia, Meteora, &c. sed esse tota verè physica, id est, tota, quorum materia & forma per unionem physicam sunt coadunata.

## COGITATIO NOVO SACRA IV. DE MINERALIBVS.

I. METALLIFODINÆ sunt  
*Inferorum SVBVRBIA.*

II. ARGENTVM Humi-  
litatis DEIPARÆ Ty-  
pus.

III. Tot sunt GEMMÆ,  
quibus Anima condecora-  
tur, quot Virtutes. Fides  
SAPPHIRVS, Spes IA-  
SPIS, Charitas RVBLI-  
NVS aut OPALVS, &  
sic de alijs.

### De METALLIS.

Ex species sunt metallizæ, videlicet  
Aurum, Argentum, As, Ferrum, Stan-  
num, Plumbum, eo fine concessæ homi-  
ni à Conditore D e o vt tanto ad am-  
pliorem gratiam actionem se obligatū  
sciat, quanto maiore beneficio se muniri

sificentæ diuinæ obstricatum sentit, si enim pauper ei, à quo metalli particulam reci-  
pit, gratias agit, quas grates metallorum Creatori, vterum terræ his diuitijs fœcun-  
danti referemus? Verum quidem est ho-  
mines turpiter abuti, ac in primis aurum  
argentumque dolifodinas esse & semina-  
ria omnium scelerum, quibus orbis ter-  
rarum inundat. Idcirco Deus ipse non  
ignarus futuri abusus intra viscera terræ  
Aurum profundius cæteris metallis o-  
mnipotente manu sua abscondit, nun-  
quam proditurum in lucem, nisi obste-  
tricans Avaritia, hominum scissio Terræ  
vtero, pretiosum Planetarum partum, vel  
in uitum sub auras, educeret, maiore ho-  
minum bono, si præclarum Dei Benefi-  
cium in iniuriam suam nō verteret mortalium  
impietas, qui, dum tantâ cupidite  
per sexcenta vitæ pericula aurum ri-  
mantur, per excavatos montes viam sibi  
ad inferos sternunt, extraquiri ab orco  
metallum, cuius abusu ad orcum con-  
demnentur.

### De ARGENTO in specie.

Auro ad argenthm trapso: sicut  
enim illud non insicè, dñi pte Christi  
nature & auro Soli assimilari potest,  
ita argenthm Deiparam refert, Lunam  
que argenteam. Longum foret singula  
enumerare, id quod minus obuium est,  
preterire non debeo: argentum itaque  
quanto cunque nitet candore, manibus  
tamen contactum, vt exploratum pecu-  
niosis est, fuliginem affricat, adeo vt Pli-  
nius docere ausus sit, à candore nigredi-  
rem nasci. Tota tu quidem candida es  
o Daipara, & macula non est in Te peccati  
origi.

originalis aut aqualis. Nihilominus fudo quedā ē candore tuo Virgineo tunc nascitur, quando fuscum illam profundę humilitatis lineam, animæ deuotæ pijs affectibus veluti digitis contaqtæ, in primis meditanti verba illa: *Ecce ancilla Domini, &c.* Quid ô Diva! mater eligeris, & ancillam te vocas? sed humilitatis hæc vmbra est, inquis, & hoc argentum ( te notas digito ) expressit. Ita est ô Aurea Domina: demissio tua, argentum candissimum, veraque cordis manu, intellectu nimirū ac voluntate, frequenter versata, humilitatis relinquit in animo noctem, sed nulla lux clarior, nulla nix candidior est hæc sui ipsius argentea aureaq; fuligine.

### De GEMMIS.

**Q**uid nunc de Gemmis dicam? quam pratum pretium aurum superat, pulchritudo Cœli stellas exequat. Nec mihi sanè facile est, mirarinc debeam magis scintillantis fulgora Chrysolithi, an sidereæ spicam Virginis? Pallorem Saturni an Chalcedonij? rubeum Martis, an purpuram Sardonij? Lunam albam, an candore Berylli? Igneum solom vel aureum Chrysoprasum? nisi quod Sidera maiores sint Cœli Gemmæ, quarum vberior & amplior materia minus naturæ virtus, & artem reddit admirabilem, haec verò minora sint terræ sidera, in quorum exili corpore tam efficax conclusa virtus, tam multiplex de artificio colorum pictura, quò inextricabilior esculis, cò mirabilior animis contemplantium accidat. Sed vt de singulis pauca delibemur.

**I.** ADAMAS est lapillus omnium du-

valoris, v. g. si pendit 24. grana estimatur 3230. ducatis; nascitur in fodinis profundissimis, & sèpius in media rupe, eiusdem virtus est pellere venena, compescere meatus Lymphaticos, hostile depulcere furorem, hoc tamen ritum habet, quod sanguine hircino emolliatur. Hircus animal fœtens est & luxuriosum, quam multi Juvenes Angelici, quorum vita innocentiam nulli incurvant malice aduersitatum, virtus luxurie emollitur! in Juventa Casimir, Epicuri & Sardanapali in senectate, de quibus dici potest Angelicus Invenit sensibus fatigatis.

in annis.

**II. SAPHIRVS** colore cœruleo, pes spicatus est & oculis amicus, sordeicit à libidine gestantis, venenis resistit, scabie manuit, medicamentis commiscetur &c. Fidei virtus huius gemmae proprietatis exprimitur: nam & hæc oculum animæ intellectum iuvat ad verum à falso discernendum, praesentissimum est contra heresos venena antidotum & omnium medicorum animæ ad via expugnanda pars est necessaria, minuit peccatum carnis, & libidine obscuratur.

**III. JASPER** est Lapis, in quo omnium maximè ludit natura varia coloribus candore, promptur, virose, in quo mappas etiam Geographicas depictæ videntur, sanguinis fluxum fistit. Quâ de virtute Spei denotat, quæ inter huius vita misericordias fluxum sanguinis fistit, dum resigendo anima, ne desperatione adacti sanguinem fundamus, prohibet; exhibet autem intenti mappas non regnos terrestrius, sed Cœli ac siderum, quæ spesemus.

**IV. RUBINUS** subeo colore nascientis in fluminibus, tuus in fodinis, cùm etiam in saxonum matrice: primo quidem con-

B b 2 dicat,

dicat, maturios autem factus ruborem contrahit, non est diuersus à carbunculo, ita ut maximus Rubinus, Carbunculus dicatur. Politur scobe Adamantis, quem pretio exequat, paleam & levia corpuscula eleuat Succini instar. Dicitur venena pellere, tristitiam arcere, corpus in columnē servare, somnū minuere, infornia mutato colore presagire. Quæ si fabulosa sunt, vera tamen sunt in Rubino aut Carbunculo charitatis, huius enim color, si vitio tepiditatis immutetur, ruinam instantem presagit ac infornia, peccata etiam Mortalia, venena animæ, pellit, paleam, opera nostra exigua ac levia eleuat ad dignitatem supernaturalem, animæque somnum peccata venia-  
lia minuit &c.

V. O P A L U S est Lapillus, qui omnes aliorum colores habet, nam inest illi Adamans perspicuitas, Rubinæ fulgor, Amethysti purpura, Smaragdi viror, cœrulei Sapbyri, immo omnium lapillorum vires ipsum habere aiunt. En alteram imaginem charitatis quæ omnium virtutum compendium est, &c.

VI. S M A R A C D U S est lapillus dia-phanus virens, nascitur in India, Prae-  
sum à nonnullis appellatur. Frangitus  
cum gestans mortali laborat morbo,  
& presente paller veneno.

VII. T O P A Z I U S est lapillus virens aureo nitens fulgore, cuius virtus est co-  
ercere libidinem, sistere sanguinem, ac  
sustim mitigare.

VIII. S A R D I V S cui & Sarda, & vul-  
go Carnalina nomen ob sanguinolentas  
carnis colorem, est gemma vulgaris semi-  
pellucida, facile scalprum admittit, vnde  
in literis obsignandis frequens eius est  
usus.

I X. O N Y X est Lapillus colore mixto ex albo & fusco, ad similitudinem vnguis humani, vnde illi & nomen; dicitur robore vires corporis, veneremq; cohibere.

X. A M E T H Y S T U S gemma est coloris violacei purpurei, qui resultat ex rubro & cœruleo commixtis, nascitur in fodina, durior est Granato, mollior Rubino, ingenio conductit, & ebrietatem prohibet. Varie sunt illius species; nam aliud vini subpurpurei colorem habet, aliud ferè totus est perspicuus, immo in speciem Adamantis ab igne convertitur.

XI. G R A N A T U S est Carbunculi spe-  
cies igneo calore, nascitur in fodinis, In-  
dicus præstat Bohemicō, qui sphæricus est,  
ac minoris pretij, quia mollior ob mai-  
orem vitri copiam.

XII. H Y A C I N T H U S quoque Carbun-  
culi species est mollior & flammæ coloris  
ad similitudinem carbonis accensi. Cre-  
ditur collus appensus pestem arcere, tueri  
à fulmine, divitias, honorem & pruden-  
tiæ conciliare; sed nugæ.

XIII. A G A T H E S est gemma diversi  
coloris quam lineæ, figure, maculæ, mi-  
nis modis, variant. Anselmus Boëtius  
author est, se habuisse huius speciei gem-  
mam non maiorē dimidio ungue, in qua  
acuratè erat expressa effigies Episcopi  
cum mitra. Omisso illam Pyrthi, quæ ex-  
hibebat Apollinem citharam pulsantem  
inter septem Musas, & illam ahā, quæ septem  
arbores in planicie collocatas referebat.

Hæc de gemmis referri solent, an autem  
vera omnia, aut aliqua à vero aliena sint,  
hac Cogitatione faciat non disceptiā, mihi  
sufficit, has gemmarum proprietates variæ  
virtutes morales exprimere, ut in non-  
nullis indicauimus, reliqua inge-  
niosus Lector supplebit.

EXTRACTS FROM THE  
PAPERS OF THE REV. J. H. BRECKINRIDGE.

1830-1831

1831-1832

1832-1833

1833-1834

1834-1835

1835-1836

1836-1837

1837-1838

1838-1839

1839-1840

1840-1841

1841-1842

1842-1843

1843-1844

1844-1845

1845-1846

1846-1847

1847-1848

1848-1849

1849-1850

1850-1851

1851-1852

1852-1853

1853-1854

1854-1855

1855-1856

1856-1857

1857-1858

1858-1859

1859-1860

1860-1861

1861-1862

1862-1863

1863-1864

1864-1865

1865-1866

1866-1867

1867-1868

1868-1869

1869-1870

1870-1871

1871-1872

1872-1873

1873-1874

1874-1875

1875-1876

1876-1877

1877-1878

1878-1879

1879-1880

1880-1881

1881-1882

1882-1883

1883-1884

1884-1885

1885-1886

1886-1887

1887-1888

1888-1889

1889-1890

1890-1891

1891-1892

1892-1893

1893-1894

1894-1895

1895-1896

1896-1897

1897-1898

1898-1899

1899-1900

1900-1901

1901-1902

1902-1903

1903-1904

1904-1905

1905-1906

1906-1907

1907-1908

1908-1909

1909-1910

1910-1911

1911-1912

1912-1913

1913-1914

1914-1915

1915-1916

1916-1917

1917-1918

1918-1919

1919-1920

1920-1921

1921-1922

1922-1923

1923-1924

1924-1925

1925-1926

1926-1927

1927-1928

1928-1929

1929-1930

1930-1931

1931-1932

1932-1933

1933-1934

1934-1935

1935-1936

1936-1937

1937-1938

1938-1939

1939-1940

1940-1941

1941-1942

1942-1943

1943-1944

1944-1945

1945-1946

1946-1947

1947-1948

1948-1949

1949-1950

1950-1951

1951-1952

1952-1953

1953-1954

1954-1955

1955-1956

1956-1957

1957-1958

1958-1959

1959-1960

1960-1961

1961-1962

1962-1963

1963-1964

1964-1965

1965-1966

1966-1967

1967-1968

1968-1969

1969-1970

1970-1971

1971-1972

1972-1973

1973-1974

1974-1975

1975-1976

1976-1977

1977-1978

1978-1979

1979-1980

1980-1981

1981-1982

1982-1983

1983-1984

1984-1985

1985-1986

1986-1987

1987-1988

1988-1989

1989-1990

1990-1991

1991-1992

1992-1993

1993-1994

1994-1995

1995-1996

1996-1997

1997-1998

1998-1999

1999-2000

2000-2001

2001-2002

2002-2003

2003-2004

2004-2005

2005-2006

2006-2007

2007-2008

2008-2009

2009-2010

2010-2011

2011-2012

2012-2013

2013-2014

2014-2015

2015-2016

2016-2017

2017-2018

2018-2019

2019-2020

2020-2021

2021-2022

2022-2023

2023-2024

2024-2025

2025-2026

2026-2027

2027-2028

2028-2029

2029-2030

2030-2031

2031-2032

2032-2033

2033-2034

2034-2035

2035-2036

2036-2037

2037-2038

2038-2039

2039-2040

2040-2041

2041-2042

2042-2043

2043-2044

2044-2045

2045-2046

2046-2047

2047-2048

2048-2049

2049-2050

2050-2051

2051-2052

2052-2053

2053-2054

2054-2055

2055-2056

2056-2057

2057-2058

2058-2059

2059-2060

2060-2061

2061-2062

2062-2063

2063-2064

2064-2065

2065-2066

2066-2067

2067-2068

2068-2069

2069-2070

2070-2071

2071-2072

2072-2073

2073-2074

2074-2075

2075-2076

2076-2077

2077-2078

2078-2079

2079-2080

2080-2081

2081-2082

2082-2083

2083-2084

2084-2085

2085-2086

2086-2087

2087-2088

2088-2089

2089-2090

2090-2091

2091-2092

2092-2093

2093-2094

2094-2095

2095-2096

2096-2097

2097-2098

2098-2099

2099-20100

20100-20101

20101-20102

20102-20103


20103-20104

20104-20105

20105-20106

20106-20107

20107-20108



BENEDICITE VNIVERSA GERMINANTIA IN TERRA DOMINO  
Dan. III.

CORPVS VIVENS	VE =	GETA- TIVVM	Herba vel	Alimentaria	Fruumentacea	Triticum Hordeum Selta, Siligo, Avena etc.
				vel	Leguminea, vt pisa, Fabæ, Lentes, etc. Oleracea, vt Beta, Apium, norrum, Rapa etc.	
			Frutex vel	Minus Alimentaria	Coronaria, vt violæ, Maiorana etc. Medica, vt Mercurialis, Helleborum, etc.	
				Nobilior, vt Cinnamomum, Cassia etc. Ignobilior, vt Rubus, Corylus, Sambucus etc.		
			Arbor vel	Sterilis, vt Salix, Buxus, vlmus, populus etc.	Pomifera, vt malus, Ficus, Pyrus, Olea. Baccifera, vt Morus, Laurus, Juniperus.	
				Frugifera vel	Nucifera, vt Amygdala, Juglans, Castanea. Glandifera, vt Quercus, Süber, etc. Strobilifera, vt Pinus, Larix, etc.	

J. Christoff Störner del.

Matthaus Küsel sculps.

DE VIVENTIBVS NON SENSITIVIS

SE V P L A N T I S.

LAUDATE DOMINVM DE TERRA, LIGNA FRV-  
CTIFERA, ET OMNES CEDRI. Psal. 14.

**N**amplissimos campos Diuina Sapientie ac Bonitatis descendimus, ubi tot verba, quot flores, tot characteres, quot folia, tot nota, quot germina Hortulanii Potentiam depredant; quemadmodum enim magni in puncto terra nostra Principes hortos regio edificant luxu, praelaris & selectis florum radicibus conserunt, arbores plantant raro fructu fœcundas, riuius irrigant, & muro circumuallant. Haud aliter Cœli Terraq; ambiens Princeps amplissimus, cui hominem praefecit, hortū regium condidit. Verè enim hortus est microcosmus Homo omnigenis herbarum, germinum, arborum, florum, fructuum, seminum speciebus locuples & copiosus, cui pro Solo fertili est toto corpore parrecta ac diffusa anima, quam sanguis irrigat, ossium continuata mœnia circumsepiunt, cuius Hortulanus Gratia Diuina, cuius fructus ac flores diuersi actus virtutum, quam Arbor Sancta Crucis inumbrat. Veni nunc in Hortum meum, Soror, mea Sponsa, inquit ad animam dilectam Spansus in Canticis, nimirum, ut ingrediatur utroque pede intellectus ac voluntatis, inuitat, & contemplando germinum arborumq; naturas & proprietates, hinc flores inde fructus, salubria vita documenta, decerpit, gustet voluntate, & oblectando se in mirifica sapientissimi Hortulanii Prudentia, ieiunam exsaturet animam.

Cc

COGI.

# COGITATIO PROFA- NO-ANTIQUA V.

**T**ria sunt Animarum genera (latè loquendo) *Vegetativum*, *Sensitivum*, ac *Rationale*. Quod ut melius perspiciat, obseruandum est discrimen primò inter ea, quæ vivunt, & non vivunt, deinde inter ipsam viventia. Illæ enim formæ quæ non vivunt, uti sunt Elementares, formæ, & minerales non habent virtutem ab intrinseco se augendi, aut extendendi (quod addo propter animam rationalē) & conservandi, reparando scilicet, quod deperditum est, ex vero Formæ, quæ vivunt, habent hanc virtutem, quod magis ex paulò post dicendis declarabitur.

Cæterū ipsæ Formæ viventes differt inter se, quod aliquæ earum tantum habeant virtutem dandi alijs esse reale, ut plantæ generando per semina sibi simile vivens, alias vero habeant virtutem, dandi quoque esse intentionale, sed non nisi rebus materialibus, v. g. animalia. Aliæ denique, nimirum animæ rationales habeant virtutem dandi esse intentionale rebus etiam materialibus, quæ omnia ex diverso modo essendi dependant, ut alibi explicabimus.

Porrò his tribus animarum generibus quinque correspondunt potentiarum genera: *Vegetativum*, *Sensitivum*, *Appetitivum*, *Locomotivum*, & *Intellectivum*. Primum genus convenit *Plantis*: secundum, tertium, & quartum *Animalibus*: quinta soli *Anima rationali*.

De *Anima vegetativa* nunc agimus, cuius potentia vegetativa subdividitur in *Generativam*, *nutritivam*, & *augmentativam*; sed plura de his in Conclusionibus Physicis.

*Definitur & dividitur VI-  
VENS NON SEN-  
SITIVVM.*

**P**LANTA est *Corpus vegetans* nō sentiens. Hæc definitio satis clara est intelligēti quid sit vegetare, nimirum ab intrinseco, & per insus sumptionem crescere, nam etiam lapides crescunt, & aurum ac mineralia, & aqua aquæ addita augetur, sed ab extrinseco, non ab intrinseco. Sicut ergo animal cibum ore sumptum in stomachum demittit, ubi concoctus, & digestus per varios meatus ad iecur attrahitur, atque ibi in sanguinem conuersus per venas maiores, atq; hinc per minores ad corpus singulis membris dispensatur, ita quoque succus, plantarum alimentum à radice seu bulbo, tanquam ore ac stomacho plantæ exsugitur, unde dein per porosac fibras sursum attractus in omnes surculos distribuitur, quod est nutriti, seu ab intrinseco, & per insus sumptionem crescere. Quam in rem natura tantum fibrarum apparatus viuentibus subministravit, quo cum carent mineralia, non crescunt ab intrinseco, sed eo tantum modo, quo aqua aquæ superaddita augmentatur, quod videmus ab extrinseco fieri.

Dividitur PLANTA I. In partes essentiales, materiam unionem, & formam, ut quodlibet totum Physicum. II. In partes integrantes, v. g. radicem, bulbum, truncum, stipitem, ramos, surculos, folia, flores, fructus, semina, corticem, lignum, medullam, nucleus. III. In partes potestatiuas, tria videlicet genera, Arborem, fruticem, & Herbam. De partibus essentialib' nihil occurrit, quod non alibi iam satis est explicatum, sole ergo partes integrantes & potestatiuas definiendæ sunt & explicandæ.

De

*De Partibus Integrantibus  
PLANTÆ.*

**R**A D I X est pars inferior plantæ solo affixa, cuius operâ succus alimentarius exsugitur ad coenunctionis plantæ alimentum, & incrementum. Designunt autem omnes radices in acumen tunc ut faciliter terram permeant, tum maxime ut plus alimenti exsugatur radice aut profundius descendente, aut si crescat in orbem, ut rapido & brachio ferat omnes, omni ex parte succum attrahentes. Subinde etiam glandinibus vel tuberibus distinguuntur, in quæ succus alimentarius, aquam ventriculos & receptacula quedam congerit.

**S**TIPES seu TRUNCUS est portio plantæ extans à radice, quæ in arboribus & fruticibus C A U D E X dicitur, in alijs plantis G A U L T I S appellatur. Figura stipitis diversa est & varia, modò longior, modò brevior. Illa quidem, cum nulli accensum sursum occurrentes intercludunt nodi; brevior autem, quando hi impediunt, sit autem nodus in ligno per congestionem plus ignis ac terra; unde nodus durior est, & accensus magis ardet reliquo ligno.

**C**O R T E X est voluti arboris vestis seu cutis, varius in diversis plantis, tenis, asper, crassus, tenuis, &c. Fibres corticis aliquando ducuntur in longitudine, ut in foliis, aliquando circa truncum gyratione in orbem ut in roratis, quod ex diversissimis ipsis radicis rudimentis & primâ organizatione dependet. Quoties cortex ligno dupli modo I. medio succo ipsius inter & lignum interposita, quasi tenaci glutinæ. II. Quibusdam uncinis seu pediculis, qui in ligno denudato ap-

patent. Cortex denique à radice ad frumentum usque perducitur: sic enim omnes partes heterogeneæ communicant v.g. cortex ligni cum cortice fructus, lignum ipsum cum pericarpio, medulla cum semine.

**M**E D U L L A idem ferè est in arboribus, quod in animalibus, sicut enim medulla dorsi usque ad cerebrum in quo prestantissimæ hominis operationes, quasi flores & fructus ejusdem nascuntur, continuatur, ita quoque fructus & semen in arboribus, ortum ducunt à medulla. Ac veluti, qui cerebro carent, fructus nullorū prudentis progignunt, ita arbores, quibus nulla aut exigua è natura inest medulla, ut salicibus, nullas quoque correspondet fructus aut semen. Sanò sì origine cuiuslibet rami primâaque scaturiginē rimator, semper ad medullam serutando devenit, igitur inde ortus dicitur.

**R**AMUS ex sursum non distinguuntur, nisi quod ille sine portione per continuatam fibrarum propagationem evanescatur, sureulus vero est ramulus è principe trunco ortus, quod præsertim accedit, ubi vertex plantæ refectus est; quia cum materia sursum ascendere nequeat ob truncatum verticem, hinc inde luxuriant in sarculos, novam scilicet parentis plantæ prolem.

**F**O L I A Arborum pilosæ & caspaciæ animalium resunt cum hoc discrimine, quod in multorum sententia pili non vivant, folijs vero arborum ab fibris, quibus alimentum per intus sanguinem attrahunt, vita negari non debeat. Sunt ergo veræ plantæ, non tamen sunt partes illius plantæ, cuius sunt folia, sed novæ plantæ & ab illa altera adæquatae distin-

## COGITATIO PROFANO- ANTIQUA V.

**T**ria sunt Animarum genera (latè loquendo) *Vegetativum*, *Sensitivum*, ac *Rationale*. Quod ut melius perspiciatur, obseruandum est discrimen primò inter ea, quæ vivunt, & non vivunt, deinde inter ipsam viventia. Illæ enim formæ quæ non vivunt, uti sunt Elementares, formæ, & minerales non habent virtutem ab intrinseco se augendi, aut extendendi (quod addo propter animam rationalē) & conservandi, reparando scilicet, quod deperditum est, ex vero Formæ, quæ vivunt, habent hanc virtutem, quod magis ex paulò post dicendis declarabitur.

Cæterum ipsæ Formæ viventes differtur inter se, quod aliquæ earum tantum habeant virtutem dandi alijs esse reale, ut plantæ generando per semina sibi simile vivens, aliæ vero habeant virtutem, dandi quoque esse intentionale, sed non nisi rebus materialibus, v. g. animalia. Aliæ deinde, nimirum animæ rationales habeant virtutem dandi esse intentionale rebus etiam materialibus, quæ omnia ex diverso modo essendi dependent, ut alibi explicabimus.

Porrò his tribus animarum generibus quinque correspondent potentiarum genera: *Vegetativum*, *Sensitivum*, *Appetitivum*, *Locomotivum*, & *Intellectivum*. Primum genus convenit Plantis: secundum, tertium, & quartum Animalibus: quintum soli Anima rationali.

De Anima vegetativa nunc agimus, cuius potentia vegetativa subdividitur in *Generativam*, *nutritivam*, & *augmentativam*; sed plura de his in Conclusionibus Physicis.

**D**efinitur & dividitur VI-  
VENS NON SEN-  
SITIVVM.

**P**LANTA est Corpus vegetans nō sentiens. Hæc definitio satis clara est intelligenti quid sit vegetare, nimirum ab intrinseco, & per insus sumptionem crescere, nam etiam lapides crescunt. & aurum ac mineralia, & aqua aquæ addita augetur, sed ab extrinseco, non ab intrinseco. Sicut ergo animal cibum ore sumptum in stomachum demittit, ubi concoctus, & digestus per varios meatus ad iecur attrahitur, atque ibi in sanguinem conuersus per venas maiores, atq; hinc per minores ad corpus singulis membris dispensatur, ita quoque succus, plantarum alimentum à radice seu bulbo, tanquam ore ac stomacho plantæ exsugitur, unde dein per porosæ fibras sursum attractus in omnes surculos distribuitur, quod est nutriti, seu ab intrinseco, & per insus sumptionem crescere. Quam in rem natura tantum fibrarum apparatus viuentibus subministravit, quo cum carent mineralia, non crescunt ab intrinseco, sed eo tantum modo, quo aqua aquæ superaddita augmentatur, quod videmus ab extrinseco fieri.

Dividitur PLANTA I. In partes essentiales, *materiam unionem*, & *formam*, ut quodlibet totum Physicum. II. In partes integrantes, v. g. *radicem*, *bulbum*, *troncum*, *stipitem*, *ramos*, *surculos*, *folia*, *flores*, *fructus*, *semina*, *corticem*, *lignum*, *medullam*, *nucleum*. III. In partes potestatiuas, tria videlicet genera, *Arborem*, *fruticem*, & *Herbam*. De partibus essentialib' nihil occurrit, quod non alibi iam satis est explicatum, sole ergo partes integrantes & potestatiuas definiendæ sunt & explicande.

De

*De Partibus Integrantibus  
PLANTÆ.*

**R**A D I X est pars inferior plantæ solo affixa, cuius operâ succus alimentarius exsugitur ad conunctoriis plantæ alimentum, & incrementum. Desinunt autem omnes radices in acumen tunc ut faciliter terram permeant, cum maxime ut plus alimenti exsugatur radice aut profundius descendente, aut si crescat in orbem, ut rapido & bruto ferat omnes, omni ex parte succum attrahente. Subinde etiam glandinibus vel tuberibus distinguuntur, in quæ succus alimentarius; aquam ventriculos & receptaculis quedam congeritur.

**S T I P I S seu TRUNCUS** est portio plantæ extans à radice, quæ in arboribus & fruticibus C A U D E X dicitur, in alijs plantis C A U L I S appellatur. Figura stipitis diversa est & varia, modò longior, modò brevior. Illa quidem, cùm nulli accessum sursum occurrentes intercludunt nodi; brevior autem, quando hi impediunt, sit autem nodus in ligno per congestionem plus ignis ac terra; unde nodus durior est, & accessus magis arde reliquo ligno.

**C O R T E X** est voluti arboris vestis seu cutis, varius in diversis plantis, lenis, asper, crassus, tenuis, &c. Fibre corticis aliquando ducuntur in longum, ut in foliis, aliquando circa truncum gyrantur orbem ut in serpere, quod ex divisione ipsius radicis rudimentis & primâ organizatione dependet. Quotur cortex ligno dupli modo I. medio fucco ipsum inter & lignum interposito, quasi tenaci glutine. II. Quibusdam uncinis seu pediculis, qui in ligno denudato ap-

parent. Cortex denique à radice ad frumentum usque perducitur: sic enim omnes partes heterogeneæ comunicantur v.g. cortex ligni cum cortice fructus, lignum ipsum cum pericarpio, medulla cum semine.

**M E D U L L A** idem ferè est in arboribus, quod in animalibus, sicut enim medulla dorsi usque ad cerebrum in quo præstantissimæ hominis operationes, quasi flores & fructus ejusdem nascuntur, continuatur, ita quoque fructus & semen in arboribus, ortum ducunt à medulla. Ac veluti, qui cerebro carent, fructus nullorū prædictis progignunt, ita arbores, quibus nulla aut exigua è natura inest medulla, ut salicibus, nullus quoque correspondet fructus aut semen. Sanè si origine cuiuslibet rami primärū scaturiginē rimator, semper ad medullam serutando deuenies, igitur inde ortus duces.

**R A M U S** & **S U R C U L U S** non distinguuntur, nisi quod ille sine putatione per continuatam fibrarum propagationem crescatur, surculus vero est ramulus è principe trunco ortus, quod præsertim accedit, ubi vertex plantæ reficitur; quia cùm materia sursum ascendere nequeat ob truncatum verticem, hinc inde luxuriant in surculos, novam scilicet parentis plantæ prolem.

**P O L I A** Arborum pilos & eschariæ animalium referunt cum hoc discrimine, quod in multorum sententia pili non vivant, folijs vero arborum ab fibris, quibus alimentum per intus sanguinem attrahunt, vita negari non debeat. Sunt ergo veræ plantæ, non tamen sunt partes illius plantæ, cuius sunt folia, sed novæ plantæ & ab illa altera adiquatè distin-

Quæ, nam tempore hyemali tota existit arbor sive partes essentiales sive integrantes spelemus, ergo sicut pili non sunt pars integrans hominem, sed purus magis eiusdem ornatus, ita quoque de folijs, fructibus item & seminibus sequendum est.

FLORES plantarum sunt carundem pulcherrimæ & diversicolores gemmeæ. Aliæ quidem citius, tardius aliæ florent, quædam verò nunquam. Similiter in non nullis flores sunt steriles, fœcundi in alijs. v. g. salicis Florem nullus sequitur fructus, quia quilibet eiusdem ramulus pro semine est, dum terra creditus velociter in novam resurgit plantam. Deinde flores duplicati, ut plurimum nullum progignant semen, quia illa materia, cui in semen abeundum erat, in multiplicem foliorum sylvam abiuit. Eandem ob causam rosæ simpliciores fœcundiores sunt, & cerasi quoddam genus sine fructu floret ob flores dūplicatos, & anemone quoque duplicata non fert fructum.

FRUCTUS & SEMEN sunt ultimum opus plantæ, concrevuntur sue causæ tenui gluttine, quo exsiccatio decidunt. Fructus quidem complures sunt partes nimirum cortex, caro, seu pericarpium, nucleus. Semen quoque iv. habet partes I. Corpus ipsum germinis & I. Matrem spermaticam, in qua sepultum est. II. Aliquot pelliculas, quasi Secundinas. IV. Putamen. Ex hucusque dictis de partibus integrantibus plantæ intelligi etiam possunt, quæ addi deberent de eiusdem partibus potestativis; arbore videlicet, Frutice & Herbæ: nam abunde jam patet, in quibus inter se convenient, & in quibus à se inuicem differant.

## *De Proprietatibus PLANTARVM.*

Temperamentum plantæ est proprietas plantæ, sicut temperamentum ignis, aliorumque corporum, carundens proprietas est. Est autem Temperamentum diversum, diversa coniugatio & combinatio qualitatum. v. g. coniugatio calidi in summo, & sicci in summo, vel calidi in summo & sicci in remissione simulq; humidi in remissione gradu, idē iudicium esto de aliis innumeris maiore, aut minore diversitate cōbinationibus possibilibus. Ceterum diuersitas hæc multum dependet à diversitate Soli, aliisque siderum influentia; unde ab initio Solo, nonnunquam immutato temperamento, plantæ pariter natura variatur v. g. triticum in lolium mutatur. Ut autem scias, quodnam sit temperamentum plantæ, & an calore aut frigore, aut aliâ præcellat qualitate, exploranda est natura plantæ I. Tactu, nam quod calidum est, calefacit, vt absynthium; calida quoque sunt, quæ citè concipiunt ignem, qualia sunt pinguis. II. Gustu & sapore, dulces enim dicuntur humidæ & calidæ, acres verò calidæ & siccæ, acerbæ vel acridæ habent frigidæ & hamideæ. III. Olfactu & odore; unde quibus nullus est odor, frigidæ, quæ valent odore, calidæ sunt. IV. Visu & colore; albæ vt plurimum censemur frigidæ; fravæ seu flammæ, calidæ. Verum in his sâpe fallimur, si unius sensuum credimus, proinde plures sensus conspirare necesse est, vt aliquid certius de temperamento plantæ alicuius statuatur. Et hæc quidem de Temperamento plantarum in genere, nunc aliquarum

quarum peculiares magis afferantur proprietates.

I. Nonnullae Plantæ sunt purgatrices, sic *Cassis* bilem purgat, *Tabacum* cerebri pituitam, *Paeonia* Epilepticos Spiritus. Ratio huius rei nō est vis magnetica, quæ insit herbis, alioquin ingēs Tabacei mafsa applicata naribus, magno mox impetu traheret pituitam. Alter igitur philosophandum est, & dicendum I. aliquas plantas certam tantum corporis partem purgare v. g. *belleborum* solum purgat cerebrum, *Agaricum* pedes, &c. Huius rei causa est singularis sympathia certæ herbarum, cum certo membro, in quo vero consistat hæc sympathia debet explicari à Philosopho; quando igitur medicamenta in ventriculum descendunt, illa herbarum &c. congeries, vi caloris, disgregante heterogenea, in suas classes distinguitur, prout iam qualitates huius aut illius herbarum, cordis aut hepatis &c. qualitatibus correspondent, ac temperamento, vi eiusdem caloris congregante homogenea eidem aggregantur, sic ictur iecore melius nutritur, & pulmo pulmonibus, cerebro cerebrum, &c. Sic porti in bilem, brachiorum in flatus, atque ita deinceps, magna ex parte abeunt, eò quod similibus cum bile constent corpusculis, aut paribus gaudeant qualitatibus. Haud aliter quam ea, quæ habent multum caloris & siccitatis, facile in ignem convertuntur, ita pari facilitate, quæ constant particulis biliosis, mutantur in bilem, & sic de alijs.

Dicendū II. Calore & similibus herbarum qualitatibus, atque etiam corpusculorum figurā, laxari vellicatione herbarum poros, aliosque meatus, ac venarum orificia. Inde sudor, inde humoris serosi per renes & venas mesaraicas ex-

pulsio, ab eadem vellicatione ventriculi sequitur vomitus, quem in canibus gramen, aut *agaricum* devoratum causant.

Dicendum III. Motu cordis, quem systole ac diastole appellant, per venas & arterias diffundi sanguinem, & cum sanguine corpuscula medicamenti, seu pleras, cuius vellicatione deinde laxantur venarum ostiola, atque inde expurgatio humoris maligni, quem natura ad extimas partes projicit, dum vi caloris congregante homogenea, quò melior sanguis est, & cordi vicinior, & quò deterior, eo remotior: quare in sectione venæ hic potius, si quis inest, quam aliud effluit, alioquin ad haec cunctendum frustra secaretur vena, cum aquæ facile, imò facilius, subtilitatem ineditam, bonus pro malo prodiret. Ex hucusque dictis resolvi potest, atque explicari diuersarum herbarum purgativa, quod Medicis relinquon, nam Philosopho satis est, huius rei principia in genera proposuisse.

Aliæ plantæ sanguinem sistunt; ratio est, quia crassiore halitu venularum ostiola obstruunt, tum etiam quia sanguinem fugunt, & coagulant iuxta ostiolum,

Aliæ plantæ lac coagulant, vt flo<sup>s</sup> cardui filiformis, quia nimis ille succus suis particulis, particulas igneas dividit, quæ deinde sphærulas coaguli colliguntur. Quodam lac gignunt, vt *Polygona*, eò quod relaxant meatus illos, quibus sanguinis in lac persolatur.

Nonnullæ canes & lupos occidunt, ratione veneni, aliæ canis rabiem sedant. Ratio utriusque petitur à particulis praedictarum plantarum, quæ si maximam stragē edunt in corde, vel sanguine coagulant, sunt beneficæ, si vero restituunt fibras male affectas à rabiè, rabiè curant.

Quæ, nam tempore hyemali tota existit arbor sive partes essentiales sive integrantes spectemus, ergo sicut pili non sunt pars integrans hominem, sed purus magis eiusdem ornatus, ita quoque de folijs, fructibus item & seminibus sentiendum est.

FLORES plantarum sunt earuodem pulcherrimæ & diversicolores gemmeæ. Aliæ quidem citius, tardius aliæ florent, quædam verò nunquam. Similiter in non nullis flores sunt steriles, fœcundi in alijs. v. g. salicis Florem nullus sequitur fructus, quia quilibet eiusdem ramulus pro semine est, dum terra creditus velociter in novam resurgit plantam. Deinde flores duplicati, ut plurimum nullum progignunt semen, quia illa materia, cui in semen abeundum erat, in multiplicem foliorum syluam abiuit. Eandem ob causam rosæ simpliciores fœcundiores sunt, & cerasi quoddam genus sine fructu floret ob flores dūplicatos, & anemone quoque duplicata non fert fructum.

FRUCTUS & SEMEN sunt ultimum opus plantæ, concreuentur suæ causæ tenui glutinæ, quo exsiccatæ decidunt. Fructus quidem complures sunt partes nimirum cortex, caro, seu pericarpium, nucleus. Semen quoque iv. habet partes I. Corpus ipsum germinis & I. Matrem spermaticam, in qua sepultum est. II. Aliquot pelliculas, quasi Secundinas. IV. Putamen. Ex hucusque diligis de partibus integrantibus plantæ intelligi etiam possunt, quæ addi deberent de eiusdem partibus potestativis; arbore videlicet, Frutice & Herba: nam abunde jam patet, in quibus inter se convenient, & in quibus & se inuicem differant.

## De Proprietatibus PLANTARVM.

Temperamentum plantæ est proprietas plantæ, sicut temperamentum ignis, aliorumque corporum, caruident proprietas est. Est autem Temperamentum diversum, diversa coniugatio & combinatio qualitatum. v. g. coniugatio calidi in summo, & sicci in summo, vel calidi in summo & sicci in remissio simulq; humidi in remissio gradu, idē iudicium esto de aliis innumeris maiore, aut minore diversitate cōbinationibus possibilibus. Ceterum diuersitas hæc multum dependet à diversitate Soli, aliisque siderum influentiis; unde ab inimico Solo, nonnunquam immutato temperamento, plantæ patiter natura variatur v. g. triticum in lolium mutatur. Ut autem scias, quodnam sit temperamentum plantæ & an calore aut frigore, aut aliâ præcellat qualitate, exploranda est natura plantæ I. Taqu, nam quod calidum est, calefacit, vt absynthium; calida quoque sunt, quæ citè concipiunt ignem, qualia sunt pinguis. II. Gustu & sapore, dulces enim dicuntur humidæ & calidæ, acres verò calidæ & sicciæ, acerbæ vel acide habentur frigidæ & humidæ. III. Olfactu & odore; unde quibus nullus est odor, frigidæ, quæ valent odore, calidæ sunt: IV. Visu & colore; albæ vt plurimum censentur frigidæ, stauæ seu flammæ, calidæ. Verum in his sàpe fallimur, si vni sensuum credimus, proinde plures sensus conspirare necesse est, vt aliquid certius de temperamento plantæ alicuius statuatur. Et hæc quidem de Temperamento plantarum in genere, nunc aliquarum

quarum peculiares magis afferantur proprietates.

I. Nonnullæ Plantæ sunt purgatrices, sic *Cassia* bilem purgat, *Tabacum* cerebri pituitam, *Paeonia* Epilepticos Spiritus. Ratio huius rei nō est vis magnetica, quæ insit herbis, alioquin ingēs Tabacci mafsa applicata naribus, magno mox impetu traheret pituitam. Aliter igitur phlaosphandum est, & dicendum I. aliquas plantas certam tantum corporis partem purgare v. g. *belleborum* solum purgat cerebrum, *Agaricu[m] pectus*, &c. Huius rei causa est singularis sympathia certæ herbarum, cum certum membro, in quo verò consistat hæc sympathia debet explicari à Philosopho; quando igitur medicamenta in ventriculum descendunt, illa hæbarum &c. congeries, vi caloris, *disgregante heterogenea*, in suās classes distinguitur, prout iam qualitates huius aut illius herbarum, cordis aut hepatis &c. qualitatibus correspondent, ac temperamēto, vi eiusdem calotis *congregante homogenea* eidem aggregantur, sic ictur iecore melius nutritur, & pulmo pulmonibus, cerebro cerebrum, &c. Sic *porri* in bilem, *brassica* in flatus, atque ita deinceps, magna ex parte abeunt, eò quod similibus cum bile constant corpusculis, aut paribus gaudeant qualitatibus. Haud aliter quam ea, quæ habent multum caloris & siccitatis, facile in ignem convertuntur, ita pari facilitate, quæ constant particulis bilosis, mutantur in bilem, & sic de alijs.

Dicendum II. Calore & similibus herbarum qualitatibus, atque etiam corpusculorum figurâ, laxari vellicatione herbarum poros, aliósque meatus, ac venarum orificia. Inde sudor, inde humoris serosi per renes & venas mesaraicas ex-

pulsio, ab eadem vellicatione ventriculi sequitur vomitus, quem in canibus grauen, aut *agaricu[m]* deuoratum causant.

crocodilum acerrimum homini hostem Jurato odio persequitur, nauigantibus adest jucundus comes, & ludibrius præst non educationis assuetudine veluti canes, & equi, non necessitate adactus, ut elephantes, sed genuino quodam in homines affectu à natura ipsi indito, quo peruersitatem meam increpat, quod cum insitus mihi sit ab Auctore naturæ in ipsum, tanquam centrum cordis mei, appetitus ac inclinatio, nulla tamen amoris debiti signa, quæ pisces hominibus exhibet, Creatori repondam.

Cæterum plures simul in Theatrum prodeunt aquatilium species, ibi *Pestinae*, quam *Turturum marinum* vocant, illinc *Mullus* emergit, *Murena* ad sinistram, ad dexteram *Pbocas* cerno, inde *Remora* inter Orcas adnatat, illinc innumeræ Pisciū genera tum ex aquis dulcibus, tum salmis & marinis præstò sunt, duri alii, alii molles, illi teñaces, iſbi crufaces, nonnudi saxatiles, aliqui littorales, squammosi præterea & non squammosi, *Lyriformes* quoq; & *Serpentini* cum alijs pluribus intellectu se offrunt, quos & discursibus Philosophicis irretire facile est, & voluntate degustare vtile & quæ ac jucundum. Mihimamen, vestra venia Philosophi, pescationi diutius adesse non vacat, ad Aueum properanti.

Sed quid est, quod nauigium defen-  
te immobile medio in cursu consistit? num  
*Remora* puppi adhaeret? mirum est, tantæ  
virtutem esse illi, quem ab effectu appellariunt Remoram, piscicolo; quantumvis  
nauim remis ventisq; incitatissimam, in  
medio silit cursu, tenetque immobilem.  
At longè maior Charitatis virtus est, quæ

fratrem vindice D. i manduvit, ut in  
peccaticem animam, momento remo-  
natur. Videte itaque Philosophi, ut hos  
pisciculos (a quo Charitatis intelligo) præ  
alije, etibus vestris concludatis; hoc enim  
genus piscium exoptat CHRIStVS, quan-  
do sageam suam, cui simile est Regnum  
Cœlorum, mitit in mare. Quod autem na-  
re, nisi Ecclesia, è qua Ecclesi Apostolorū  
piscatu ad littus vite æternæ pertrahun-  
tur, Mare rubrum C. R. I. T. i purpura,  
mare pacificum. Et quæ prætotum gratia  
(inquit D. Ambrosius Hex. lib. 5. quæ ego  
de mari mystico interpretor) vel bortorū  
amanitus potest Cerulei mariis, Ecclesiæ cum  
Cœlo concoloris, equiparare picturam, vir-  
tutum multicolorum amoenitatem? Au-  
rum licet in præcie flores resfulgeant, aurum quo-  
que fulgorem in mari *Lana*, in Ecclesia au-  
rea Charitas resplendet. Et illi cibò merces-  
cunt, ista virtus Charitatis, diu duratura,  
sine fine, seruat. Lilia in bortis eminus-  
nit, vela in navibus, Exempla virtutum  
in Ecclesia. His odor, illis uictas, Spiritus  
sancti gratia aspiras. Quæ uictas in for-  
lio? in navibus, in Ecclesia, quanta commer-  
cia bonorum operum? Addit P. S. C. E. S.,  
electos, salientes, letitia Spiritus. Et Debe-  
binas ludentes coram CHRIStO Pisc-  
atore variarum virtutum aitibus. Sed, ut  
cum D. Basilio Hex. book. VII. coconclu-  
mus, et si Religiosum hoc Theatram, pluscula  
audiendia habet, si quæpon impinguata seruo-  
rum auribus miraculorum berilium enarra-  
cio, hic tamquam ad partum oratione deducenda,  
accidentem expectemus, dieq; ad ea, que  
restans, reddenda, de volucri-  
bus, & quadrupen-  
dibus.

DE VVENTIBVS SENSITIVIS

A E R I I S.

LAVDATE DOMINVM DE TERRA. VOLV-  
GRE S PENNATÆ. Psal. 148.

**A**liud AVCPIVM est Spirituale, in quo CHRI-  
STVS AVCEPS, VOLVCRES Cœli Anima ra-  
tionales. RETE Fides, AVES CAVEIS inclusa  
exempla Sanctorum. Quatuor VENTI afflantes volucrum gre-  
gem, AVSTER Amantis, BOREAS castigans, ZEPHYRVS  
misericordis, EVRVS premiantis DEI.

II. Aliud est AVCPIVM Philosophicum, in quo AVCEPS  
Anima, VISCVS apprehensio seu memoria, RETE discursus  
AVES CAVEIS inclusa, caterasque sua speciei euocantes, natura  
eis proprietates unius Alitus cognita euocantes eis edocentes modū,  
caterarum dotes inuestigandi ac assequendi.

III. AVCPIVM denique aliud est diabolicum, in quo VO-  
LVCRES Anima, AVCPES Damones, Tentationes RETIA,  
CAVEA Infernus, &c.

## COGITATIO NOVO SACRA VII.

### De VOLVCRIBVS Generatim.

**S**equitur igitur D. Gregorij Nanzian-  
zenide Theol. lib. 2. consilium, & à  
piscibus ad volucres, à pinnis ad pennas,  
à piscatu ad aucupium animos conuerta-

mus. Post bac, ait ille, eis volucrum ex-  
pende greges, eis varicetes, siue figuram, si-  
ue colores species. Ex his alie sunt muta,  
alie cantillant etiam: eis que cantus huius  
est ratio? eis unde? quis cicada plectrum de-  
dit in pectore? quis cantiones eis garritus,  
quibus arborum rami tum personant, cum il-  
lx solis temperamento bilarescentes nemori-  
bus meridiana musices pensum persolvunt,  
tant à cum audientium suavitate, ut viato-  
res nonnunquam ab instituto itinere voce sua  
dissi.



BENEDICITE VOLVRES COELI DOMINO  
Dan. III.

CORPVS SEN- STIVVM	AE- RIVM,	vel	Primarij Humivola vel	Rapaces vel	Altipetæ vel	Non rapaces vel	Manisvetæ vt Gallina etc.	In aquis, vt Amphibia Aeroaquea, Anser, Mergus etc.	Aqvivola vel	Secundarium, ut Insecta, Apes, Scarabæi, Crabrones, Muscæ etc.	Aquila					
											Accipiter					
							Milvus etc.				Bubo					
							Nycticorax				Vlula etc.					
							Carnivoræ, vt Corvus, Cornix, Graculus, etc.	Non Carnivore	Minores, vt Grus, Vipuia, Turdus, etc.							
										Ostrifragus						
								vel	Frugivoræ, vt Carduelis		Carduelis					
										Fringilla etc.						
								Vel	Vermivoræ, vt Hirundo.							



difineant? quo praezinente carmen contexit or-  
lor, cùm pennis velut fistulis quibusdam in au-  
ram explicatus modulus facit?

Haud minore elegantiâ idipsum asse-  
rit *Cyrillus Hierosolymitanus*. Cathec. IX.  
*Quis poterit perspicere aëreorum volatilium  
naturam? quomodo bac quidem linguam ba-  
beant canoram; ista autem variâ pennarum  
ornentur picturâ, illa vero super alia omnia  
in medium aërem elata stare, & nibil moueri  
videantur, ut accipiter, diffensis alis, stat im-  
mobiliâ specans ad Austrum. Quis hominum  
poterit visu consequi aquilam exaltatam?  
quod si auem non potes conspicere, quomodo  
Factorem omnium vis considerare? Viden?  
vt clarissimus Doctor, & superbiam quo-  
rundam Philosophorum perstringit, &  
vnâ altitudinem diuinæ Maiestatis de-  
monstrat; neque enim sanctissimi Patris  
mens ea est, vt nolit Philosophum, ex co-  
sideratione visibilium in notitiam inuisi-  
bilium, & laudes Conditoris assurgere,  
quæ grati animi nota est, & singularis vir-  
tus; sed quod superbiaz vitium est, Con-  
ditoris immensam potentiam intellec-  
tu nostri angustijs concludere, & metiri  
velle, prudenter vetat.*

### *De COLVMBIS & TVRTVRIBVS.*

**A**modum familiare est spiritui san-  
cto in sacris literis, similitudine ex  
auibus petitâ, dilectam instruere, lauda-  
turus enim sponsæ decorem castitatis.  
*Ecce! pulchra es amicamea*, inquit, *oculi  
tui columbarum*. Nam oculi columbinæ  
significant oculos minimè vagos & la-  
sciuos, sed pudicos & castos ob insi-  
tum his animantibus Castitatis & Pudici-  
tiaz amorem: etenim rerum naturalium  
peritissimus Plinius: *prima, inquit, illis pu-*

*dicitis est, & neutrî nota adulteria, coniugij  
fidem non violant. Addit præterea, si forte  
impudico amore seducta Columba con-  
traueniat insitæ Castitatis legi, circumsi-  
deri eam ab alijs, & marem quidem à ma-  
ribus disceptum, foeminam verò à fo-  
minis diuulsam impudicitij poenas dare.  
Eodem Castitatis amore imbuit Natura  
Turtures, eandemque fecerunt ipsis in degene-  
res poenam diuinitus. Audite hæc ô Iuue-  
nes! qui cum Gratia diuina, Sponsâ pul-  
cherrimâ, in Baptismo connubium inno-  
centiae iniustis, & nunc cum peccato mor-  
tali & demone adulterium paratis. Ve-  
vobis! aderunt Innocentes læsæ vindic-  
ces Turtures, & si non extemporalis mor-  
te, quod de Turturibus traditur, foras ta-  
men expellent, reliquamque ætatem in  
misera viduitate viuere iubebunt. Ad-  
uolabit IUSTITIA diuina & vngue vindic-  
ce adulterum corpus, ac animam in fru-  
ita discerpit, à Tartareis coruis longâ æ-  
ternitate depascenda.*

### *De AQVILA.*

**A** Ltera similitudo ex auibus desum-  
pta, quâ dilectus dilectam instruit, est  
monitum illud, aut imperium Sponsi:  
renouabitur, ut Aquile, iumentus tua. Aiuat  
etenim, Aquile in senectavostrum cō vsq;  
increscere, atque incurvari, ut obstruc-  
otis aditu, omnia capiendi cibi, potusq;  
facultatem adimat, oculos etiam caliga-  
re, & pennas nimia vetustate prægrauari,  
illam vero his omibus præsens adhibe-  
re remediu. Rostrum quidem vehemen-  
ti allisione ad saxum confringere, oculos  
deinde Soli opponere, pennas vero ter a-  
quis immergere; vnde redit pristina il-  
lis sanitas, his quoque rediuiua nascitur  
iuuen-

spuentus. Tu igitur ô spiritualis Homo, interfert accommodatè S. Epiphanius in Physiol. c. VII. cùm multitudine peccatorum fueris oppressus, in altum ascende, hoc est; in tuam ipsius conscientiam, atque te ad petram, scilicet ad fidem orthodoxam proijce, desle peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aquis, id est, lacrymis abstergens, solis radijs incalcesce, hoc est, in cætu fideliuum, & in S. Spiritu ad calorem Penitentia propera, lippudines, id est, peccata abiice; statim enim renouabitur ut Aquila Iuuenitus tua, & iustus vocaberis apud DEVM.

### De PELICANO.

**V**T alias aues in S. Scriptura celebres præterea, occurrit Pelicanus à regio Propheta memoratus: Similis factus sum Pelicano solitudinis; de quo eleganter S. Epiphanius. Pre omnibus volucribus, inquit in sua, quam conscripsit Physiologia Pelicanus prolis est amans, fæmina nido incubat pullos suos custodiens, ipsosque fouet, complectiturque, & nimis osculis sauciat. Perforat itaque illorum latera, & illi moriuntur. Post tres verò dies accedit mas Pelicanus, mortuos innenit pullos, & valde angit, doloreque impulsus proprium latus percutit, astebrat, emanatque sanguis, quem super mortuorum pullorum vulnera infillat, qui sic vita restituuntur. Quis verò ô Patrum, profundissime hic Pelicanus pater est, quem tam amans pullorum est mater simul, & Noverca, dum amando perimit. Num nos mortales animæ hi pulli sumus, quos Natura humana mater nostra, nimio demens amore, tot osculis, quot concupiscentijs sauciauit, Tartareusque serpens mortiferâ lingua in Paradysi nido percussit? An CHRISTUS Naturæ humanae

Sponsus (tunc enim connubium cum illa cōtraxit, cùm eam sibi in thalamo Virgineo indissolubili vinculo coniuncta) hic Pater Pelicanus est? qui posteaquam seipsum sponte, oblatus enim est, quia ipse voluit, vulneribus confodit, ac sepulturæ triduo pullos emortuos luxit, eos pristinæ restituit gratiæ vite. Neque hæc tam mea quād supra laudati Patris sacra allusio est, subiungit enim verbis citatis pereleganter: Sic Dominus noster JESUS CHRISTUS, cuius latus lancea aperuit, continuoque Sanguis & aqua exiuit super mortuos filios, hoc est, Adamum & Eum, ceterosq; prophetas, & super omnes mortuos Sanguinem suum fudit, uniuersumq; mundum illuminauit, & per triduanam sepulturam ac resurrectionem suam ad vitam illos reduxit. Quapropter per Prophetam dixit: Similis factus sum Pelicano solitudinis.

Neque minore dignum est admiratio-ne, quod de eadem ave ab alijs traditur, videlicet eam nidificare in scrobe, aucupeisque locorum ignaros, circum linitum prius steriore nidum, igne succendere, ipsam verò fumo prospecto, pullis suis timentem, & de eorum vita solicitam, posthabito proprio periculo, alarū nisi tentare quidem flamas sopite, verū motu illo, incendio crescente, exultis tandem ipsum capi Pelicanum alis. Quæ siue vera sint (quod nonnulli defendunt) siue aliunde conficta, nec nunc parum refert, illud certum, CHRISTUM è Crucis pendulum Pelicanum esse, prolis suæ, animalium ratione prædictarum amantissimum: sicut enim Gallina congregat pullos suos sub alas, ita alis Crucis benedictæ Pelicanus noster pullos suos obumbrat, sub umbra alarum tuarum proteges me. Construxit autem proli suæ in scrobe terræ, quin-

quinque scilicet vulneribus perfoisse suæ carnis , quam SS. PP. terræ frequenter assimilant , nidum circumlinitum stercore peccatorum , quia ipse tulit peccata mundi . Sed diuina JUSTITIA dum, vtilicibus armis, feras sylvestres, peccatores indomitos, venatur, incidit in hunc quoque Pelicanus nidum , quem vindice etiam passionis ac dolorum flammam succedit. Ut itaque nobis proli sue succurreret , alis charitatis flamas nobis paratas natus est sopire , at ipse met exustus , venatrici cecidit victima JUSTITIA.

### De PHOENICE.

**A**T quid de Phœnicio dicam alite orientis peculiari , & singularitate famoso ( vt Tertullianus loquitur libro de resurrect. ) & posterioritate monstroso , qui semetipsum libenter funerans renouat , natasi fine decadens , atque succedens , iterum Phoenix , ubi jam nemo , iterum ipse , aliis idem . Multis passibus antestare nos Dominus promisit , si non & Phœnicibus , nihil magnum . Homines ergo semel interibant , atibus Arabia de sua resurrectione securis . Hec scitè Tertullianus , quibus nihil addi potest , nec debet.

### De reliquo AVIVM

Grege.

**D**um hæc eloquor , integer volucrum diversicolorum grec , remigibus alis , allabitur . Sedet inter dumera loquenti proxima suavis Luscinia ; Alauda etiam non tam penitus , quam voce ad Cœlum emittitur : Regulus quam corpore parvus , tam magnus elegantiâ vocis pleno gut-

ture carmen cognatum personat : concludunt solidâ clamâ que voce Fringillæ , Parusque curiosus accidit , & Ciconia recurvo collo proturbat sonos , & cæterarum avium innumerâ turba chororum æcium implet . quarum aliquas retibus intellequæ explicatis , vestris discursibus irretit Philosophi , impensis non poenitebit laboris . Ciconiam quidem , quam Romanii piam avem vocant , comite D. Ambroſio facile capietis Hex. lib. V. sed & D. Basilius Cornices individuos Ciconiarum ad exteræ regiones duces ac satellites pari felicitate illaqueauit Hex. hom. VIII. Et S. Epiphanius in sua Physiologia Charadrium.

Intellequæ ratiocinio tanquam visco implicatum nobis offert his verbis : Est autem Charadrius dicta , quam Physiologus ait , albam esse totam absque ulla prorsus nigredinis nota . Porro si quis morbo laboret , sicut hominius agitudo letalis , propectus suus Charadrius ab illo auertit : si vero morbus vite securitatem promittat , tunc Charadrius in aegrum intendit visum , & vicissim ager in Charadriam . Sic CHRISTVS Dominus noſter candidus est totus , absq; ulla mundana nigritate , qui à reprobis vultum suum auertit , in Sanctorum autem faciem reficit . Ita quidem S. Epiphanius feliciter Charadrium cepit , & voluntatigustandum proposuit .

Ex hucusque dicitis apparent , duas maximè ob causas Gloriosum Architequum Theatrum huius viuens tot , tantisque alitū gregibus instruxisse , vt scilicet tam elegans colorum & vocum ac naturæ varietas nobis Philosophis & commodo sit , & oblatione . Aliæ enim aues rapto viuere assuetæ , solitariæ sunt , nec quidquam commune habent preter Societatem coniugalem ; & has tibi Deus condidit ,

dit, ut tuum ad Imperium veloces prædones, minores tibi caperent aues. Aliæ è contra gregales sunt sociam degentes vitâ, quarum quidem multæ illeges Democratiam quandam imitantur; nonnullæ verò ducem secutæ, Monarchicum simulantur Imperium. tuo bono Philosophe, ut his magistris alieno discas seruire placito. Aliæ iterum sedes mutant, & exteræ regiones brumâ imminentे inuisunt, cum aliæ eiusdem semper loci incolæ patrium solum ament: neutrum culpo, nam vtrumque natura auibus dictavit; nec etiam cuilibet hominum expedit, aut patriâ semper defidere Terrâ, aut extera peruagari regna, illi tamen magis innocentes sunt. Taceo cæteras alitum differentias; mansuescunt hæc, & dociles hominum amicitiam prensant, indomitæ illæ ac inhumanæ solitudines ambiunt & sisuas: istæ taciturnæ sunt, illæ garrulæ, & harum aliquæ *Inoscines*, seu cantus expertes, aliæ *Ostines* ac musicæ vocantur. Velle te quoque Philosophe inter garrulas censeri aues, oscinèmque videri pariter & esse, quæ nimirum semper in laudes diuinæ eloquentem soluat linguam: nunquid enim tanto nostro Mæcenati, impio erimus ingrati silentio. Oscines ille nobis & garrulas condidit aues, ut vitæ tardium subleuarent, & absque salario musicæ aures nostras pariter ac animos inimitabili sonorum varietate rape-

rent in admirationem. Vnde mibi *Cygnæ*, carmina, inquit D. Ambrosius Hex. lib 5. que etiam sub gravi mortis imminentis terrore deliciant? vnde mibi illos naturalis modulos cantilone? quibus etiam paludes sonora canthus edunt dulcissimi suavitatem? vnde, mibi vocem *Pstacæ*, dulcedinèmque merularum? vtinam saltem *Luscinia* canat. Hucusque D. Ambrosius, cum quo, & ego: vtinam saltem *Luscinia* de Terra, de dumetis laudes Conditoris, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Sed quomodo ea, quæ sine ratione est *Philomela*, in laudes diuinæ irrationali exacuet lingua? suâ inquit D. Gregorius Theologus, magnitudine, pulchritudine, situ, utilitate, ministerio, perseverantiâ spectatores suos in admirationem & laudem faciunt rapiunt vñi alienâ, quâ ipsi carent lingua in Dei laudes eloquente: Omnia (verba ipsius sunt) Deum laudent, & inenarrabilibus, ac mutis etiam, ut ita dicâ, vocibus, DEVM glorificant. Namque pro his omnibus gratia à me aguntur DEO, atque hoc pacto mea laus, quâ DEVM ego laudo propter illa, ipsorum quoque laus efficitur, dum ab illis ego laudandi occasionem accipio. Vtinam ergo *Luscinia* canat, eiisque mirificum melos peccus tibi moueat Philosophe, ut quod illa non intelligit, vitæ Datorem ac Dominum, tu illius voce dignis celebres ences.

D E





BENEDICITE OMNES BESTIAE ET PECORA DOMINO

Dan. III

CORPV.S.	Reptile quod vel	Natum ex putri, vt	Formicæ
			Vermes etc.
SEN =		Progenitum ex sui similibus parentibus	Venenatum
			Vipera Basiliscus Scytale etc.
SITIVVM			Non venenatum, vt Chameleon etc.
TER =		Notum	Domesticum.
			Silvestre.
RESTRE.	Quadrupes vel	Cornigerum. Non Cornigerum. Carnivorum. Non Carnivorum.	Cornigerum.
			Non Carnivorum.
Vel		Ignotum	Ruminans, vt Bos, Cervus, Capra.
			Non Ruminans, vt Leo, Porcus, etc.

DE VENTIBVS SENSITIVIS  
TERRESTRIBVS.

LAVDÁTE DOMINVM DE TERRA, BESTIÆ,  
ET VNIVERSA PECORA, SERPENTES, &c.

Psal. 148

**A**lia *VENATIO* Spiritualis est, in quâ *VENATOR* *CHRISTVS* cum comitibus *Fide*, *Spe*, & *Charitate*. *RETIA* sunt inspirationes divine, que allicitur propositis præmijs illa è contra qua terrent supplicij; *TELA* sunt & *ARMA VENATORIA*.

*II.* Tot *FERÆ* occurruunt venanti *CHRISTO*, quo *Anima* peccatrices in quatuor orbis *PLAGIS*, veluti *SILVIS* continentur.

*III.* Quidenim aliud est homo irâ indomitus, quam rapto catulo effera *TIGRIS*? quid ventri deditus ac percina libidini, quam *SVS* in cœno volutatus? quid gulâ distentus ac ebrietate submersus, quam vorax *LVPVS*? Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus (*FERIS*) & similiis factus est illis.

*IV.* Alia *VENATIO* Philosophica est, in qua *VENATOR* *Intellectus*; *CANES*, quinque sensus; *RETIA* & *ARMA VENATORIA*, Tres montis operationes. Sume arma tua, Pharetram & Arcum; *ARMA*, id est, vires intellectus tui, *PHARETRAM*, Memoriam Phantasmatum thecam, ac sedem, & *ARCVM* ratiocinationis ac discursus, & egredere foras contemplando silvas, nemora, ac montes, sensibus veluti canibus praecubibus ac exploratibus. Sequatur hos Canes Venator *Esa* (Intellectus) veneturque ex obuijs animantibus præcepta vita & morum, quacaliganti



BENEDICITE OMNES BESTIA ET PECORA DOMINO

Dan. III

CORPVS	SEN-	SITIVVM	TER-	RESTRE-	Vel	Reptile	Natum ex putri, vt	Progenitum ex sui similibus parentibus	Venenatum	Non venenatum, vt	Formicæ
						qntod vel					Vermes etc.
						Quadrupes	Notum	Domesticum.	Vipera	Chamaleon etc.	
						vel	Vel				Silvestre
							Ignotum	Cornigerum.	Basiliscus		Cornigerum.
								Non Cornigerum.	Scytale etc.		Non Carnivorum.
								Carnivorum.			Ruminans, vt Bos, Cervus, Capra.
								Non Carnivorum.			Non Ruminans, vt Leo, Porcus, etc.

# DE VIVENTIBVS SENSITIVIS TERRESTRIBVS.

**LAVDATE DOMINVM DE TERRA, BESTIÆ,  
ET VNIVERSA PECORA, SERPENTES, &c.**

Pfälz. 148.

**A**lia VENATIO Spiritualis est, in qua VENATOR  
CHRISTVS cum comitibus Fide, Spe, & Charitate.  
**A** RETIA sunt inspiraciones divine, que allicitur proposi-  
tis premijs, illa econtra qua terrent supplicij, TELA sunt & CAR-  
MA VENATORIA.

II. Tot FERÆ occurunt venanti CHRISTO, quo<sup>m</sup> Anima  
peccatrices in quatuor orbis PLAGIS, veluti SILVIS continentur.

**III.** Quid enim aliud est homo irā indomitus, quam raptor catulus  
efferat **TIGRIS**? quid ventrideditus ac parvina libidini, quam **SVS**  
in cæno volutatus? quid gulā distentus ac ebrietate submersus, quam  
vorax **LVPVS**? Homo cum in honore esset, non intellexit, compara-  
tus est iumentis insipientibus (**FERIS**) & similius factus est illis.

IV. Alia VENATIO Philosophica est, in qua VENATOR In-  
tellectus; CANES, quinque sensus; RETIA & ARMA VE-  
NATORIA, Tres montis operationes. Sume arma tua, Pha-  
retram & Arcum; ARMA, id est, vires intellectus tui, PHA-  
RETRAM, Memoriam Phantasmatum thecam, ac sedem, &  
ARCVM ratiocinationis ac discursus, & egredere foras contem-  
plando silvas, nemora, ac montes, sensibus veluti canibus praecun-  
ibus ac exploratibus. Sequatur hos Canes Venator Esau (Intellectus)  
veneturque ex obuijs animantibus praecepta vita & morum, quaca-

liganti Isaac ( voluntati volebam dicere senio , Et tēpore spiritus ac caligine ad radios diuinæ lucis languenti ) in cibum præparet , quo delibata ager Isaac resumat vires , Et tenebris ab oculis anima deputatis in creaturis degustet creatorem .

V. Alia tandem VENATIO diabolica est , quæ nihil ad nos .

## COGITATIO NOVO

### SACRA VIII.

#### De ANIMANTIBVS TERREIS Generatim .

**Q**uid de Animalibus dicā? exclamat Clemens Papa Recognit. lib. VIII. Nonne per prouidentiam factum est , ut cum secreta temporis resoluenterentur , per progeniem reparentur : Et mira quadam dispensatione Prudentie nascituro pecori lac preparatur in uberibus ac statim , ut natum fuerit , nullo docente , scit , ubi alimonia sue borrea requirat ? gignuntur autem non solum mares , sed Et feme , ut ex utroque possit rursus constare postierit . Sed ne , vi putant homines , viderentur bat natura quodam ordine , Et non dispensatione fieri Conditoris , pauca quedam ad indicium Et documentum Prudentie sue mutato ordine genus feruare iussit in terris : verbi gratia , ut per os conciperet cornu , Et per aurem mustela generaret ; ut aves nonnullæ sic ut galline interdum oua vel vento , vel pulvere concepta parerent . Alia quedam animalia , marem vicibus alternis in fæminam verterent , Et sexum per annos singulos commutarent , ut Lepores , Et Hyena . Alia etiam ex terra orientur , atque inde sumerent carnem ut talpa ; alia ex cinere , ut viperæ ; alia ex putrefactis carnisbus , ut vespa quidem equinis , Apes autem babatis : alia ex simo

boum , ut scarabei , alia ex herbis , ut de ocymo Scorpions ; Et rursus herbe ex animalibus ; ut ex cornu cervi vel capra , apij , Et asparagi . Et quid opus est plura enumerare , in quibus diuina Prudentia , mutato ordine eo , qui à natura datus putatur , multitudinis differentijs nativitatem animalium constare voluit , ex quibus non irrationabilis rerum cursus , sed ipsius dispensatus ratione doceretur .

#### De REPTILIBVS in Specie .

**A**lia Reptilia ex pūtri nascuntur , accicada , vermes ; de his operæ pretium non est mentionē hoc loco facere . solas formicas , quarum S. Scriptura meminit , præsterire non decebat , nam Et in formicis , ut testatur Greg. Nazianz : de Theol. lib. II. Quæ sunt omnium animantium , terra degentium infimum genus , animadverte , quancum effulgeat DE topiis maiestas . Neque tamen hoc solum conuenit huic animalculo , ut proprietatibus suis , veluti totidem verbis , Conditem suum de prædicet , verum etiam , ut sacer textus innuit , Poedagogi officio fungitur , quod pluribus Cyrus Hierosolym . Catechesi IX . edidisset , his verbis : Formica laboriosissima , ut excites pigrum Et socordem . Cum enī quis oriatur in Inuenture , tunc ab his animalibus docetur , redargutus à divina Scriptura dicente . Vads ad formicam o piger ! Et videns

*Videns venturam vias eius, & sis illa Sapientia.*  
*Videns enim illam in tempore fabi & besauri-  
 gantem cibos, imitare & besauriza sibi ipsi  
 fructus bonorum operum in futura facula:*

Alia operâ maris & foemineæ, sui  
 similibus parentibus generantur, uti  
 suot.

I. *Ancis*, horum aliqui solo affla-  
 tu vel eiam intuitu proprius accedentes  
 enecant, quales reperiuntur in monte,  
 qui *Narsinge* regnum diuidit à *Malabarico*,  
 teste *Herodoto* lib. III.

II. *Vespera*. III. *Apis*.

IV. *Scytale* serpens ob diuersi-  
 colores tergoris aetas eos, qui inten-  
 tur, mira afficie voluptate, sed ipsorum  
 analo, dum enim motantur, adreptando  
 assequuntur prædatam.

V. *Cerastes* quoque quadrigeminis  
 cornu ostentatione auncias fascinat,  
 ac interimpit. VI. *Amphisbaena* ca-  
 put geminum præfert, alterum quidem  
 cauda lacrimas occupat. VII. *Jas* eu si-  
 naboris coactendunt, atque inde pri-  
 ncipes animalia quodcumque perforant.

VIII. *Dives*, quem mordet, siti in-  
 terimitt. IX. *Hypnale* somno quecat  
 lesum. X. *Hemorrhois* mortuus orifi-  
 cia venarum ita dissoluit, ut coniungi  
 nulla possint arte, quare evanescere con-  
 tinuo fluxu omni sanguine, morticadum  
 est sancio. XI. *Praester*, quem vulne-  
 rat, veneno inflat usque dpm. rumpatur  
 extuberatum corpus. XII. *Ammodites*  
 magnitudine cubitali caudâ prædutâ,  
 & superne discusâ persimilis est vipera,  
 nisi quod colore sit arenoso maculis ni-  
 gris distincto, vipera vero subflavo. XIII.  
*Chersydros* tam in aqua, quam in ter-  
 ra moratur non multum dissimilis *Cher-  
 sydrosum*, quâ scripit, emittente, te-

ste *Lutato* lib. 9. XIV. *Hydrus* seu *Hy-  
 drapulcherrimus* anguîus genus est, quod  
 in aqua vivit, ut Author est *Plinius* lib. 29.  
 c. 4. quæ de *Hydra Lerna* Poëzæ memo-  
 rant, non excedit Authorum suorum,  
 veracitatem.

XVII. *Basiliscus*, *Salamandra*,  
*Chamaeleon*, *Lacertus*, *Stellio*  
*Tarantula* partim nota sunt, partim  
 in libris obvia. Illud de *Tarantula* cu-  
 riosè obseruatum est, eius veleni vim  
 diuersos in diuersis hominibus effeçtus  
 causare: alijs enim somno obruantur,  
 alijs risu diffluunt, alijs inctore constrin-  
 gantur, multi currunt & saltando fati-  
 gantur, nonnulli contrario torpescunt  
 languore. Haud aliter quam pro va-  
 rietate temperamenti ebrietas varios ha-  
 bet effeçtus, rident *sanguinei*, blaterant,  
 saltabant, iugescunt, & verberant. *Cho-  
 lerici*; dormiunt *Pblematici*; inctore,  
 quos *azza* obsidet bilis, ita cum propor-  
 tione quadam de veneno huius animali-  
 culi discurrendum est.

Cæterum qui hoc loco ex animalium  
 horum consideratione in opificis Bonita-  
 tem assurgetus. Quid Bonitati cum ve-  
 neno? quid Sapientia cum superfluis?  
 certè tot serpentium Species si noxiæ non  
 forent, superflus essent, vel ergo in ijs  
 nullus elucet Bonitatis radius, vel condi-  
 toris Sapientia obscuratur. Absit; nun-  
 quam magis facundi sunt Sancti Pa-  
 tres, quam dum pro Sapientia ac Bo-  
 nitate divina in præsenti materia decer-  
 tant. D. *Basilicus*, ut alios taceam, Hex.  
*Hom.* I.X. Atque nemo Cœtorem, inquit,  
 eam ab rem incusare velit, quod animalia  
 venenata, exilio vita, necque parata in-  
 duxerit: vel adeo quispiam & institutorem,  
 educatoremque puerum accuset, in ordinem re-  
 ligio-

digentem Invenit utis ingenium, ad improb-  
tatem, ad libidinem, luxumque propensum,  
plagis, verberibusque castigando, ac coercendo.  
Nihil verò elegantius est doctrina S. Theo-  
me hac de re part. 1. ques. 72. quam ex  
8. Augustino desumpliit. Quod si, inquit,  
in alicuius opificis officinā imperitas quis in-  
terquerit, videt ibi multa instrumenta, quorū  
causas ignorat; & si multū est insipiens, su-  
perflua putas. Iam vero si in fornacem inter-  
cederit, aut ferramento aliquo acuto se ual-  
ueruerit, noxia existimat ibi esse multa, quer-  
rum usum quia nouit artifex, insipientiam  
eius irridet. Sic in hoc Munda quidans audens  
multa reprobendere, quorum causas non vi-  
dant. Multa enim etiā domus nostra non sint  
necessaria, in eis tamen complectur Univer-  
sitas integras. Quid hac comparatione,  
elegantius?

### De QVADRVPEDI- BVS non Cornigeris.

**H**Orum alia sunt carniuora, non car-  
niuora alia, vtraque subdividi pos-  
sunt in ea, quae nobis nota sunt, & patria,  
& ea, quae ignota, aut aliunde aduecta ad  
Terras nostras sunt delata. Non vacat  
quidem singulorum naturas percurrere,  
quædam tamen memorare de his, vti cu-  
riosum ita utilissimum quoq; est ad men-  
tem in Conditoris Sapientiam elevandā,  
iuxta illud D. Augustini de Gen. contra Man.  
lib. 1. cap. 16. In omnibus cùm mensuras, &  
numerum & ordinem vides, Artificem quere.  
Nec alium innuenies, nisi ubi summa mensura,  
& summus numerus, & summus ordo est, id  
est, DEVIM, de quo verissimè dictum est, quod  
omnia in mensura, & pondere & numero di-  
sposuerit.

Carniuora sunt I. LEO, PARDVS, PAN-

THERA, TIGRIS, LVPVS, LYNX, quæ  
ad Luporum genus pertinere, vult Soli-  
nus, vti & Lycaonem ceruice iubatum, &  
tot modis varium, vt nullum illi colorem  
dicant, abesse.

II. HYANA quoque foras est Lapi for-  
mā, sed mole corporis maior, in speciebus  
stabulati dicitur, cùm vmbra contactu  
fascinantur, & obnubescant canes, quos  
alio quoq; modo, dum vomitionem ho-  
minis alimentitus, allicit incautos, ac dilas-  
cerat; insidiatur etiam eboribus sepul-  
tis, quas inde crut; capitur autem cantu  
& tympanorum pulsu, quo delinita ve-  
natorū laqueos iaceat. Ceterum quod  
nomina pastorum obseruet, & addiscat,  
ac viuā voce imitetur, cāque re incautos  
pastores foras euocatos inuadat, fabulam  
ex parte olet.

III. CANIS, MYSTELA, VVLPIES, RE-  
LIS, que omnia patria sunt & nota. Re-  
fert tamen Pesserius noster Lib. II. ix Gen.  
in Provincia Malebar volantes reperiit  
Feles, & quidē sive alii modo. Mem-  
brana ab anterioribus pedibus ad poste-  
riores vsque producta tenditur, quām  
dum quiescant, ad aluum contrahunt,  
vbi volare instituunt pedum, crurūque  
agitatione, protentā, collectaque mem-  
branā tum sustinentur, tum feruntur;  
mirabilisque est earum, tanquam per æ-  
tem currentiū species. Quæ si vera sunt,  
dubitari non potest specie diversas has  
esse Feles à nostratis!

IV. LEO CROC VTA mole corporis  
par Afiso, perniciitate nulli Tigridum infe-  
rior, capite ceruino, collo, pectore, cau-  
dā Leonis, ex Hyana & Leona concepta,  
mirā arte voces humanas emularunt.

V. MANTICORA, sauitate reliquæ  
omnes superat feras, humanarum car-  
nium.

nium appetentissima. vide Arift. lib. 2.  
de Hift. anim.

V. ICHNEUMON. Huic bellum est  
perpetuum cum aspide & crocodilo.

VII. ROSSOMACHA ab incredibili vo-  
racitate sic dicta; nam reperto cadavere  
ramdiu vorat, donec tympani instar in-  
fletur, inuentisque angustijs arborum  
se stringit, ut violentius egerat, sive ver-  
ba Olai magni lib. XVII. Hift. septentr.  
quod secundò ac tertio repetit, donec  
eo consumpto aliud folicet venatione,  
inquirat. Mole corporis magnum sequat  
canem, aures & facies canem referunt,  
pedes & vngulae asperitas, corpus vil-  
losum & prolixorum pilorum, colore  
subfuscus, at caudā *omphalā* licet brevi-  
re; unde optima conficiuntur hygmalia  
capitis tegumenta.

VIII. LAT. PISCIS, SATYRUM,  
SATYRUM, LATRA. Sunt hæc species  
parvorum animalium, quæ cibum qui-  
dem ex aqua petunt, vitam in terra de-  
gunt. De quibus Plac. lib. & c. 30. Arift.  
lib. 2. Hift. anim. c. 25.

Non carnivora sunt I. ELEPHAS, E-  
QUUS, ASINUS, URSUS, APER, CA-  
MELLUS, alius ARABUS, Bactrianus alius,  
& ille qui à velocitate cursus DROMAS, &  
vulgè *Dromedarius* dicitur. STRUTHIO-  
CAMELUS, quæ in nostra Germâia non ita  
pridem vidimus aliunde adueniunt, &  
altitudine colli caput equitis insidentis  
equo superantem, mira celeritatis, in  
quam etiam rem ei natura pennas sup-  
peditanit, quibus tamē ob corporis mo-  
lem altius à terra elevar non potest. Ani-  
mal est alioquin stupidum, quod è tan-  
ta corporeā massā & capitis parvitate fa-  
cile colligi potest adeo ut cùm sola colla  
fruticē occultauerit, latere se credat.

Ova eius ingentia sunt, & calyctum loco  
serulunt, pennes vero singulare elegan-  
tia conos bellicos, & gales adosantur.  
II. LUPUS alias CUNICULUS, alias  
DASTYPIUS. III. MELIS ña dictum animal  
quod melis sit acidissimum, in metu ab  
hominiis vel canibus agitatum, suf-  
flatum cutis distentur eorum iugis artet.  
IV. SCIRURUS tempestatem praevidet, ob-  
turatisque quæ spiraturus est ventus, ca-  
vernæ, ex alia parte apertæ fores. V. MAR-  
MORA describitur à Scalig. melis magni-  
tudine, plo, & caudâ, cæura habens bre-  
via, aures breuissimas, vngues longos,  
acutos, firmos, vacuos, robustos, nigros;  
diuturnitate somni cum glinibus conve-  
niens; nam hybernans penè totos men-  
ses transigit sopore.

VI. SIMIA, harū quatuor species ena-  
merantur, CÆBUS, CYNOCEPHALUS siue  
Caniceps, CERCOPITHECUS. De his cu-  
riosa admodū refert Scaliger exerc. 213,

Habetis Philosophi sat amplum bestia-  
rum indicem, in quas pharetram intel-  
legiūs vestri exonerentis, mihi quidem  
nunc ex omnibus vnica, ne longior sim,  
*Tigris* placet, in quam ratiocinij telum  
emittam. Est ergo *Tigris* per quam ref-  
ferum ac ferox animal, præscitiam dum  
venator *Medus* catulos recens abstulit,  
tunc enim doloris impatiens auffugien-  
tis vestigia relegit in mille discriptura  
partes, si assequatur. Et aquum est cum  
prædatore, nisi speculum, quod, datæ  
operâ, proiecere solet in via, obuiæ *Tigri*-  
di ranti per moram iniicit, donec il-  
le in tutiora receptus. Iudentem se-  
curus rideat cum speculo feram, in quo,  
dum sui imaginem proficit, rata pro-  
leui, cùm ludit, luditur falsa sub ima-  
gine viti; sic pietatis sua studio decepta,

Mm & vi-

& vindictam amittit, & prolem. Hæc Tigris natura diuinæ Justitiae symbolum est, nil ista severius, nisi poenitentia in imagine delinita vindici modum ponat iræ: excandescit enim insolita ferociâ, quando Venator ( peccatrix anima ) partum suum dona & gratias sanguine Saluatoris nobis partas in Cruce aufert, & abutitur è Cælo in mundum profugus. Tunc enim illa equo velutum fugaci ac indomito, carne videlicet petulante & recalcitrante, celeri passu insequitur, dum acerbam tribulationem à Deo auerso, & profugo immittit. Non effugios miser venator vngues insequens, nisi Justitiae cuspis, proiecio speculo, retardes, in quo ad Imaginem sui attonita hæreat Justitia. CHRISTI, inquam, Crucis affixi imaginæ Justitiae diuinæ partum obijce irruenti, si sit illa gradum, irasque ponet ad aspergum tam chari capitis; interim tu, Poenitentia tutâ semitâ, sis apis, elabere.

### *De QUADRUPEDIBVS CORNIGERIS, non Carnivoris.*

I. **A**LE mole corporis equo fluviali caudâ Elephanti, maxillis Aprosimilis est, cornua gerit cubitalibus maiora, & mobilia.

II. **R**HINOEROS Ludis Pompeij Magni Romæ spectatus est colore buxeo, & cornu in naribus unico ac repando extante, quod subinde attritum cautibus in mucronem exacuit, eoque cum Elephantibus concurrit, quos, paulò ijsdem mole minor, in alio dum ferit, occidit, hunc enim solum locum huius telo natura peruum fecit.

III. **M**ONO EROS efferum animal

equino corpore, Elephanti pedibus, caudâ suillâ, capite ceruino, mugitu bouis, cornu è media fronte surgente terorem audientibus & spectantibus, grauem injicit. Eius cornu secundum aliquos quatuor pedes, iuxta alios duos cubitos longum tantum pollet acie, ut quidquid impetrat, facili perforet iugum.

IV. **C**ERVVS, quo spectat etiâ TRACHELAPHVS barba hircinâ ferè tantum ab illo distans, unde & nomen habet. Ita quoque à iubis equinis aliis HIPPELAPHVS dicitur.

V. **BVBALVS** frequentissimus nunc est in Italia. Bos domesticus. Bos, quem Hispani CORCOBADO, id est, gibbosum appellant tauris nostris ferè par magnitudine, pilo, colore simili, gibbum habet in dorso, ferox cornibus, ut equis formidinifit, quos ille dum irascitur, persecuitur & occidit.

VI. **V**RS & **B**ISONS in Hercynia sylua Germaniae progernerantur. Illius descriptio habetur apud Cæsarem lib. VI de bello Gall. sunt, inquit, magnitudine paulo infra Elephantos specie & colore & figurâ Tauri; magna vis est eorum, & magna velocitas, neque feræ, quam conspicerunt, parcunt. Bisones in omni Septentrionali plaga frequentes sunt, boves feris similes, setosi, colla iubis horridi, ultra tauros perniciitate celeres. Bovas quoque tauro similis est præter iubam equinam, cornibus ita repandis, ut pugnæ non serviant.

VII. **M**ACHLIS & **A**LE non videntur differre, nam ijs ferè verbis, quibus à Plinio Machlis, à Cæsare Alce describitur, quod nimirum crura habeant sine nodis & articulis, quod tamen Gesnerus in Hist. Anim. melius negat.

VIII.

VIII. Ovis, Aries, ad cornigera pertinent & non cornigera; inueniuntur enim ambae haec species, nam in Libyæ solitudinibus animalia sunt formæ arietinæ, asello pares magnitudine, maribus cornua non sunt, at foemini.

IX. CAPRA. Harum species multæ sunt, aliqui octo, aut etiam plures recentent, ut sunt: CAPRA domestica, CAPREA, seu CAPRA fera, RUPICAPRA, IBEX, Oryx, DAMA, PYGARGUS, STREPSICEROS. vide Scalig. exercit. 207.

Ceterum hæc non tam dicta sunt de varietate animalium quam indicata, cui plura placent, accedat ciratos Pererium nostrum, Aris. Pliniam, Elianum, Scaligerum, Solinum, alios. Interim non satis est, quod Philosophi profani faciunt, animalium naturas solerter indagare, si soldo oculos animarum, intellectum, & non eiuldem quoque gustum, voluntatem scilicet, captiæ satiemus prædâ. Quare SS. Patrum exemplo, documenta vita de promenda sunt, ut venatio nostra non tam curiosa sit, quam utilis & animarum proficia. Quam in rem præclarè more suo D. Basilius Hex. Eleg. IX. Si transfigamas oratione, inquit, quævis rationis expertibus insur, sine doctrina quidem, naturalis vita sue diligentia atque clara, aut ad nostri custodiæ corporis, animaliumque nostrorum prouidentiam salutem impellemur & concitatibimus, aut magis magisque carpemur, aut condemnabimus, si ita fuerimus affecti, ut neque animalia imitari rationis expertise valeamus. His

¶ Dno præclarè dictis, haud minore brationis efficacia, subscriptis D. Ambrofius Hex. lib. VI. Leo eger simiam querit, ut deuores quo possit sanari, Leopardus caprea a gressu sanguinem bibit, & vim languoris eius: omnis fera agra canis bauste curatur sanguine, Ursus ager formicas devorat, Cervus olez ramusculos mandit. Ergo fera nō ruit expetere ea, quæ sibi profunt, tu ignoras b̄ bono remedio tua!

Verum venatio intelleqtualis animalium non eo duntaxat fine est instituta, ut his Magistris doceamur virtutes, & vicia dedoceamur; sed quod longè honestissimum est, ut in delineatas Gloriosi Optificis perfectiones estimemus, Misericordiam, quæ est super omnia opera eius, debito extollamus laudum præconio, & Iustitiam submissio poplite veneremur. Qua de repulcherrime Tertullianus aduersus Marcion. lib. 1. c. 14. Ad bumilia deficiam, inquit, una opinor, de fibris Flosculus, non dico de pratis; una cuiuslibet mariis Cancula, non dico de rubro; una Tetraonis pennula, taceo de Patrone sordidum artificem tibi pronuntiabit Creatorem? & paulo post: Imitare si potes Apis adficia, Formice stabula, Araneæ retia, Bombycis stamna: Sustine, si potes, illas ipsas lectuli & regestis tue bestias, Cantabridis venena, muscas effcula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora, cum tam modicis iuravaris ante laderū, ut nec in modicis despicies Creatorem.

DE VIVENTE RATIONALI  
SEV HOMINE.  
REGES TERRÆ, ET OMNES POPVLI, &c.  
IVVENES ET VIRGINES: SENES CVM IVNIO-  
RIBVS LAVDENT NOMEN DOMINI. *Psal. 148.*

**R**odit tandem in Theatrum ANIMA Rationalis, corpore è quatuor Elementis composito, tanquam sublimi inventa curru, quem quatuor Passiones AMOR, IRA, SPES, TRISTITIA trahunt VOLVNTATE Aurigante, Precedit RATIO cum face, ut caca praluceat voluntati: ipsi denique SENSVS EXTERNI Internorum ac Intellectus prodromi agmen ducunt, hic Ceruo, ille Vrso, Cane alius superiectus. Hac igitur pompa Rationalis ANIMA Porta Æternitatis, excubante praeforibus morte, propinquat, ut DEO Glorioſo, quem in huius vita exilio in Creaturis, veluti in ſpeculo cognouit, ſine Ænigmate in Patria comprehendat. Solus enim homo eſt, inquit Lactant. Lib. de Ira Dei c. 14. qui ſentiens, capaxque Rationis intelligere poſſit DEVIM, qui opera eius admirari, Virtutem, Potestatemque perſpicere: idcirco enim Concilio, Mente, Prudentia instructus eſt: ideo ſolus praeter cæteras Animantes rectus corpore & ſtatu factus eſt, ut ad contemplationem parentis ſui excitatus eſſe videatur: ideo sermonem accepit ſolus, ac linguam cogitationis interpretem, ut enarrare Maieſtatem Domini ſui poſſet: poſtremò ei cuncta ſubiecta ſunt, ut Factori, atque Artifici DEO eſſet ipſe ſubiectus.

COGI-



BENEDICITE FILII HOMINVM DOMINO  
Dan. III.

CORPVS RATIONALE SEV HOMO DIVIDITVR QVOAD PARTES ESSENTIALES	In ANIMAM, cuius Operatio- nes sunt, vel	Materiales vel	Cognitio vel	Sensus Externi	Visus Auditus Odoratus Gustus Tactus
				Interni Sensus	Sensus communis. phantasia. Memoria. Appetitus, vt Amor, Odium, Spes, Tristitia.
			Spirituales vel	Intellectio vel	Prima Secunda Tertia mentis operatio.
				Volitio vel	Necessaria Bona Libera Mala vel Indifferens.
	Et			Corpus, cuius partes integrantes sunt Tres Regiones seu ventres, et Artus reliqui.	
				I. Christoff Storer del.	

Mattheus Kusel sculps.



# COGITATIO PROFA- NO-ANTIQVA VII.

**H**omo duas habet partes metaphysicas *animal* videlicet, & *rationale*, quorum illa genus est, hæc differentia, vnde etiam definitur *animal rationale*; habet quoque duas partes physicas *corpus scilicet* & *animam*. De Genere & differentia in Logicâ egimus, de corpore & animâ Physicus disputat.

## De CORPORE Humano Organico.

**C**ORPVS organicum diuiditur I. In partes continentes & contentas: illæ sunt *cutis, vena, arterie, cranium, &c.* nam *vena* continet sanguinem, *arteria* spiritum vitalis, *cranium* medullam cerebri. Vnde patet quid sint partes contentæ. Diuiditur II. in partes *similares* & *dissimilares*. Pars *similaris* est, quæ in partes alias eiusdem rationis subdividi potest, v. g. *caro, os, medulla cerebri, &c.* *dissimilaris* est, quæ non potest diuidi in partes eiusdem rationis. v. g. *oculus, auris, cor,* si diuidantur, non dividitur *vetus oculus* in duos alios, nec *vnum cor* in duo corda, quo tamen modo si *caro* dissecatur, in duas scinditur carnes. Diuiditur III. in partes *principes* & *ignobiles*, illæ sunt *cor, cerebrum, bepar, reliqua ignobiliorum numero accensentur*. Diuiditur denique IV. in *regiones seu partes & artus*. Ad hos pertinent *pedes, brachia, manus, &c.* Regiones tres sunt, pri-  
mo *venter supremus seu caput & collum*. *Venter* deinde *medius seu thorax*, qui ab in-  
fimo ventre septo quodam intermedio diuiditur. *Venter* denique *infimus*, qui à septo praedito ad *crura* usque descendit.

**P**Rætermisssis erroribus antiquorum, de essentia & natura animæ humanae, dicendum est, *animam rationalem esse substantiam intellectualem incompletam*, quæ ex essentia sua sit *Spiritus, indivisiibilis, immortalis, & à materia prima, ut subiecto Sustentationis independens, licet in primo produci pro aliquo tempore eidam exigat uniti*.

**P**otentia *Anima rationalis* duæ sunt, *Intellectus* & *Voluntas*. Prioris obiectum est *Ens Verum*, Posterior versatur circa *Ens Bonum*. Illius operatio triplex est per totam Logicam pluribus explicata, vide licet *Apprehensio, Enunciatio, Argumentatio*. Ad intellectum reuoco *Memoriam spiritualis*, quæ etiam *Animæ rationalis* potentia propria est.

**V**oluntas. quam diximus, versari circa *bonum*, est *potentia libera*, que positis, omnibus priori ad agendum requisitis, potest agere & non agere. Eiusdem actus & operationes sunt. I. *Complacentia vel Displacentia Simplex*, quæ est inefficax inclinatio ad obiectum. II. *Intentio, seu amor efficax obiecti propositi*. III. *Electio, quæ est medijs pluribus propositis aliqua feliguntur ad finem consequendū utilia*. IV. *Imperium de executione medijs*. V. *Executio medijs, donec obtineamus finem*. VI. *Ipsa denique Frustratio finis, & gaudium de eodem obtento, quæ delectatio est ultimus actus Voluntatis*.

Num verò in his aliisque animæ potentias, ut suos actus facilius producantur *habitus*, & quidnam illi sint, quomodo producantur, augeantur & corrumpantur; de necessitate quoque spe-

N n

cierum

cierum concurrentium loco obiecticum Anima ad eiusdem actus eliciendos, alibi, quo reliqua difficiliora totius Physicae remisimus, agendum censemus. Superset ergo, ut propositis questionibus de Principijs & causis unam adhuc subjugamus, quæ & ipsum hominem, & ipsam quoque materiam de causa concernat. Est autem sequens, an videlicet causa secunda libera, ut agat, prædeterminari debeat per aliquam qualitatem intrinsecam, ut Thomistæ voluerunt.

### Q V Æ S T I O VII.

*An causa Libera ad agendum necessaria sit prædeterminationis Physica.*

Certum est I. Causam necessariam distinguere à causa libera, eo quod hæc positis omnibus ad agendum prærequisitis posse agere & non agere; Homo v.g. possit amare Deum vel non amare, aut odire. Illa vero necessitatibus ad unum actum & effectum determinatum ponendum v.g. Beati in Cœlo necessitatur ad amorem Dei, ignis necessitatur ad ignem producendum.

Certum est II. Aliam esse libertatem in actu primo, ipsam videlicet potentiam, & causam liberam, & aliam in actu secundo, scilicet ipsum actum liberum.

Certum est III. Subdiuidi libertatem in actu primo, sive potentiam liberam, in libertatem contradictionis & contrarietas. Libertas contrarietas est, quando non tantum sum liber ad actum aliquem, ciusdemque negationem, sed insuper ad actum contrarium v.g. Petrus est liber, non tantum ut amet Deum, vel non amet, sed

etiam, ut odio habeat, quod est contrarium amoris. Contra Libertas contradictionis est, quando quis est Liber quidem ad actum & negationem actus, non tamen ad actum contrarium v.g. anima Christi fuit libera ut amaret, vel non amaret Deum, non tamen ad contrarium, odium videlicet Dei.

Certum est IV. Illam Entitatem, que est incompossibilis cum altera parte contradictionis tollere libertatem, si ponatur pro priori naturæ, illud enim, quod est incompossible cum altera parte contradictionis, est indispensabiliter connexum cum opposito, adeoque determinat illud infert, quæ re tollitur potentia agenti & non agendi, hoc est, Libertas in actu primo.

Certum est V. Prædeterminationem, sive qualitatem physicam superfluam esse, respectu causæ necessariæ, nam per entitatem suam antecedenter ad omnem aliud superadditum, iam est determinata ad hanc potius, quam aliam speciem, ignis v.g. ad ignem, calor ad calorem: deinde si accedat concursus Dei in actu primo, seu Decretum, aut in aliorum sententia quedam circumstantiæ, independenter ab omni huiusmodi qualitate, causa necessaria iam est determinata ad individuum, caret ergo sine suo illa qualitas prædeterminans, quare eam à Deo produci iuxta nostra principia alibi insinuata, etiam in causis necessariis est impossibile. Ceterum ad questionem de causis liberi

Respondeo, Prædeterminationem physicam, positam pro priori naturæ, essentialiter connexam cum effectu determinato, & cum opposito incompossibilem, statim non posse cum Libertate, ut patet ex di-

ex diuis, nec aliâ indiget probatione; nam responsiones aduersariorum nunquam satisfecerunt.

## COGITATIO NOVO- SACRA IX.

### DE VIVENTE RATIONALI, SEV HOMINE.

I. *HOMO Microcosmus est, cuius Cœlū ANIMA, in qua Sol RATIO, Luna VOLVNTAS, eiusdē ACTVS reliqua Sidera, Errantia, quidem, qui à Semitarectarationis deuī, Circulo DE CALOGI aut cū impudica Venere, aut Marte iracundo, vel furaci Mercurio &c. exerrant. Fixi verò sunt illi actus, qui Firmamento inconcussa solidæq; FIDEI nixi, rectum seruant, imperturbatūmque Virtutis ordinem.*

II. *Microcosmi Mundus sublunaris CORPVS est, in quo CARO Terra, SANGVIS Aqua, SPI-*

*RITVS VITALES Aër, BILIS Ignis, COR Aurum, CEREBRVM Argentum, SENSUS Gemmæ, Meteora PASSIONES, Fulmina FRÆ, Pluvia TRISTITIAE, & sic de alijs.*

III. *Microcosmus renouatus est in CHRISTO Crucifixo, cuius LATVS vulneratum nova Mater, SANGVIS novum Lac, CARO novus Cibus, EVANGELIVM nova Nutrix, SOL novus Iustitia ac Misericordia, Luna nova DEIPARA, nova Stellæ BEATI, novus Aër eAVRA SPIRITVS Sancti, Lux nova divine GRATIAE, nova TERRA COR novum, &c. Ecce! nova facio omnia.*

A *liae Creaturæ in huius uniuersi Theatro haecenus enumeratae vñā solū ratione ac viâ diuinæ perfections Spectatoribus magnæ huius Comicotragœdiæ eloqui & manifestare possunt: dum videlicet earum effectus, operationes, virtus-*

**V**irtutem, naturas remanentibus vberem omnisciæ P O T E N T I A, & omnipotentis S A P I E N T I A, ac immensæ B O N I T A T I S A R C H I T E C T I, omniūmque Gloriosi C O N D I T O R I S atque R E C T O R I S D E I suggurunt materiam: at Anima ratione prædita non hoc dantaxat modo, sed aliâ insuper nobiliori & sublimiori viâ in dipinas laudes excurrere potest: Sola quippe inter omnes animas Opificem D E V U M mentis oculis videre & admirari, amplissimæ voluntatis stringere & amare, ac oris encomio laudare, debitiss obsequijs venerari, præclarisque factis atque operibus dipinissimum eius conspectum, in quo summa felicitas animæ est, prometeri potest.

### Tres H O M I N V M Sortes V E G E T A T I V O R V M, S E N S I T I V O R V M, R A T I O N A L I V M.

**A**T quod dolendum, & nullis sat lachrymis deplorari potest, nō omnes Animæ Christianæ vitam vivunt rationalem: Sicut enim triplex est animarum genus, quarum aliæ vegetatiæ à potentia vegetandi tantum, & sensitivæ aliæ à quinque sensibus, & aliæ rationales à ratione dicuntur; ita non dissimili ratione Christianæ Animæ, aliæ non ultra operationes aut vegetatiæ aut sensitivæ absurgunt, magnâ peruersitate nature.

### H O M I N E S v t A R - B O R E S.

**Q**Uæ enim alia sit illorum Christianorum-anima, qui inepti ad opera suæ salutis, aliud non agunt in huius vita scel.

**n**a, quæm vt se infarciant avaritiâ, comedationibus & compotationibus nutriant, augmentent ambitione, luxuriâ propagent. Plantarum hæc vita est, non hominum, vt potè quæ tribus animæ vegetatiæ potentij, Generatiæ, Nutritiæ & Augmentatiæ correspondet. Præter has vero dantur aliæ quatuor secundariæ, famulantes à medicis dictæ, qnòd sine ijs anima, neque nutrit, neque augeat, neque generet; sunt autem hæc, Attritiva, Rotentia, Concoctiva, Expulsiva. Et illocum quoque, quos paulò ante novimus hominum potentia retentrix singularis virtus est, cù enim res pauperrim delabitur, vt quæ animæ rationalis sunt vitia, huic animarum generi videantur virtutes; singularis, inquam, horum virtus est potentia retentrix, cuius fibra sunt durities in patperum gregem, & negatio restitutioñis bonorum alienorum. Cui proximè accedit virtus expulsiva, quia diuinam animo Gratiam ejiciunt, expellunt, excludunt Subsequitur, virtus concordia; inde tantus luxus epularum, vestium pompa, familiæ numerus, neque eamē vltus ipsis sensus aequalis inest malæ sive vitez, morumq; pessimorum. Stant in huius Mundi Theatro veluti Trunci & crescunt tanquam Fungi, & vivunt arborum instar: video homines, sicut arbores.

### H O M I N E S v t B E - S T I A E.

**A**Lterum genus Animarum non ultra sensus dum assurgit, vitam vivit sensitivæ Bestiarum: hæc iterum vita est non hominum. Sentient quidem flagella vtricis Injustiæ, perhorrescant apprehensione

sione fulmen tremendi Judicij , palpant mortis instantem omnibus horam, ipsum infernum flagitijs suis destinatum subodorantur , audiunt tonitrua Cœli fulminantis, & suismet vident oculis, vitiosum, quæ pèrpetrant, in alieno corpore supplicia ; nec tamem fiunt meliores, sed tanquam rationis incapaces, inepti ad Cœlestium bonorum amorem brutas suas passiones sequuntur, quarum aliquæ foueas sibi veluti talpæ infra Terram , argentum inter & aurum, terræ fœces excavant, auaritiâ excœcatae, nonnullæ piscium more pelago voluptatum ac illecebrarum merguntur; multæ ut aues superbiae alis elatæ, æcrem sequuntur, & apanea honorum umbras. Aliae demum tanquam fera sylvestres vitam eligunt, nulli legum subiectam.

### HOMINES Rationales.

**T**ertium porro Animorum genus est *Anima*, de quâ agimus rationali, ductis Edei divina instruqtæ, & spe cœlestis patris ac fatis ultimi amore ad Cœlum erat. *Plana verè & Arbor rationalis*, cui pro radice cerebrum cum capillis, corpus reliquum trunus, brachia & pedes rami, pro solo Cœlum, ut nimis intelligeret homo, iacuit D. Basili Hex. hom. IX. quantum figurâ formaque corporis cateris animansibus antecelleret, tantumq; dignitate Anima prestat: caput illis ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptatem ventris omnibus modis persequitur Caput tuum ad ipsum Cœlum exsurgit, oculi tui res supernas conspiciant. Et subiungit: aliæ cura decet, supernas res, inquam, explorare, ac querere, ubi CHRISTVS est, in Republica cœlesti versare. Vera tibi Patria est superna illa Hierusalem, conceives atque contribules ipsi primogeniti,

qui sunt conscripti in Cœlo. Ibi Pater misericordiarum, ibi mater Deipara; ibi Spousus dilectus animæ, conciues Angeli, Fratres Electi omnes. Ibi Thesaurus, ibi Hæreditas nostra.

### HOMO MICRO-COSMVS.

**C**eterum non est instituti mei hec pluribus præsequi, id enim nunc argendum potius est, ut, quemadmodum in alijs Physicæ obiectis Deum auctorem speciemus, ita quoque eundem in anima rationali inuecamus: hoc enim ut agamus, Clemens Papa Recogn. lib. VII. his verbis admonet. Sed veniamus abhuc, si ut detur, etiam ad nostram, id est, ad hominis substantiam, qui est parvus in alio mundus, & consideremus, quantum sit ratione compositus, & ex hoc precipue sapientiam Conditoris intelliges.

Consonat, Cyrus Hierosol. Cathe. IX. Intra autem deinceps in teipsum, & ex sua substantia cognosce artificem. Quid improbandum in corpore tuo creatum est? apprehende teipsum, & nihil vile ex omnibus membris tuis reperies. Utique allatorum Partium subscriptit Greg. Nazianz. loco Sz. pius cit. Posteaquam enim per elegantes interrogaciones ab enumeratione, partium opificem hominis inquirit: unde quæso prima pars hominis plasmatio? unde corporis tamen uenusta forma? unde membrorum tamen conciua dispositio? & subiectio: non hac certè natura sunt ignare vires & effectus, sed opificis DEI sapientissimi.

### CONCLVSIO Totius PHYSICÆ.

**Q**uis igitur non in laudes Gloriosi CREATORIS ac RECREATORIS Mundi magni ac pari facundam exsoluat

uat linguam? Auiculae ut rediuiuū Solis iubar, fugatis tenebris, aspiciunt, ingenti perfusæ lætitia spiritum suum ferè omnem, vocemque in gratiarum actiones effundunt, nos verò Philosophi rediuiuo Sole Justitiae post triduanas in sepulchro tenebras ingrato silentio beneficium nostrum inuoluemus? Applaudit Canis blando gemitu domino, à quo perduris pascitur ossibus & ciborum reliquijs, tibi ô Philosophe diuina Bonitas totū hunc, quā latè patet, terrarum orbem, præclarum Theatrum ædificauit, tibi Solem faciem diei, Lunam & Stellas, noq̄is Lampades alto in æthere suspendit, tibi Terram, vniuersi pavimentum, tot gemmis stravit, quot floribus, tibi Montes erexit, Valles dejectit, Campos æquauit, & Prata. Tuo Piscis & Aues, Iumenta & Feras obsequentes famulos ancillari iussit Imperio.

Age igitur singulis diebus, horis, ac penè momentis, iugiter attolle mentem, erige oculos, iunge supplices ad sidera palmas, gratias repende, ac debitas Glorioso Datori persolue laudes. Fornax accensa, in qua tres pueri inter flamas Deum benedixere, mundus est, in quo tot scintillæ, quot Creaturæ ad amandum Conditorem suum cor tuū accendent. Quid enim aliud nobis eloquuntur facundo silentio Solares radij, Iridis pulchritudo, Auri fulgor, Gemmarum decor, Florum varietas, Siderum ordo, Fluminum morus, Terra fertilitas, Temporum vicissitudines. Quid, inquam, acclamat nobis, quām vt, quod ipsæ neque unrationis incapaces, tu Intellexisti præditus, & voluntate in ijs, & per ipsas omnium Conditoris immensam POTENTIAM, gloriosam SAPIENTIAM, & ineffabilem cognoscas amēisque BONITATEM, Vocem non habent,

inquit S. Chrysost. Hom. I. ad pop. Antioch. Os non habent, ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? per ipsum aspectum, cùm enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celitudinem, situm, formam per tantum temporis spatiū permanere, tanquam vocem audiens & ad aspectum discens, adoras eum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit.

Quare ut cum D. Francisco linguam in laudes ARCHIETRI exsoluam: Sis laudatus Domine mihi, & Deus meus in omni opere manuum tuarum, atque in particulari per fratrem nostrum SOLEM splendidissimum, ducem & moderatorem cunctorum siderum, mundi oculum, temporum arbitrum, rerum omnium vitam, vestigium SAPIENTIAE tuæ, & BONITATIS infinitæ imaginem.

Laudent te CREATOR mihi, Soror mea LUNA Sublunarium Patens, Siderum Regina, Sororque Solis ac Sponsa, & Dei paræ præclarus Typus.

Laudent te pariter ceteri Fratres mei & Sorores STELLÆ perillustres, Cœli Genitrix, Terræ faces, nocturnique Soles.

Exaltet te REDEMPTOR mihi, VENTUS & AER, cum filiis suis VAPORIBUS & fibubus NUBIBVS.

Benedicat te mihi Deus soror mea, AQUA.

Domine mihi lauderis à fratre meo, JCNB.

Quām laudabilis es ô magne rerum CONDITOR in matre nostra TERRA.

Quām Gloriosus es mihi Deus in servis nostris PISCIBVS, VOLVERIBVS, & BESTIIS Terræ; quām Magnificus in Familia nostra vniuersa, CREATVRIS omnibus, & amplissimo huius Mundi THEATRO.

DISPV.





Joann Christoff Storer del.

Matthaeus Küsel sculpsit



DISPV TATIONIS METAPHYSICÆ  
P E R  
COGITATIONEM PROFANO-  
SACRAM PROPOSITÆ.  
P R A E F A T I O.

NON IVDICAVI MĒ ALIQUID SCIRE, NISI IESVM  
CHRISTVM, ET HVNC CRVCIFIXVM. *Ad Cor. 1.*

**C**HRI STVM CRVCIFIXVM modò viti, vinea  
modò, ac vinitori, aut agricola, & hortulano in sacris  
literis assimilari compertum est, mihi præ alijs, quia Chri-  
stum allegoricè denotare præterea possunt, placet allego-  
ria LIBRI: tertè D. Bonaventura IESVM CRVCIFIXVM  
BIBLIOTHECAM suam appellavit, & S. Bernardus hunc  
METAPHYSICAM suā predicit: Hæc, inquit, mihi in ore fre-  
quenter, sicut vos scitis: hæc in corde meo semper, sicut DE-  
VS scit, hæc stylo meo admodum familiaria, sicut apparet.  
HÆC MEA PHILOSOPHIA SVBLIMIS, SCIRE IE-  
SVM, ET HVNC CRVCIFIXVM. quin ipsem sacer textus  
Ezech. 11. hoc ipsum insinuat: Et vidi, & ecce manus missa ad  
me, in qua erat inuolitus liber, & expandit illum coram me,  
qui erat scriptus intus & foris, & scriptæ erant in eō lamenta-  
tiones, & carmen, & vñ. CHR ISTVS ergo CRVCIFIXVS  
LIBER est è CHARTA Virgine formatus, CALAMIS ferreis  
exaratus, purpureo ATRAMENTO, & tot LITERIS quot  
OO 2 vulne-

vulneribus conscriptus, diuibus demum TABVLIS ligneis in cruce compactus est, peccato originali BIBLIOPEGO, adiuuante Luxuriâ, reliquisque mortalium sceleribus. Tolle hunc Philosophe, non ut crucifigas cum impijs, sed Tolle, & lege cum bonis.

## IN DECEM PRAEDICAMENTA METAPHYSICÆ ARISTOTELICÆ.

**D**E bis in Logica Aliquid premissimus additè Cogitatione Sacra de decem Inferorum Prædicamentis, quia verò multorum iudicio illorum scientia magis Metaphysica est, quam Logica, idèò Tabulas, quas ibi prætermisimus, hoc loco damus, premissâ Cogitatione Sacronauâ de Prædicamentis CHRISTI CRUCIFIXI, quem cum S. Bernardo sublimen nostram Philosophiam & Metaphysicam statimimus, adiectâ insuper in fine Tabula de syllogismo, non quidem, quod buc spectet, sed quia commodum non erat, eam Disputationi Logica interferere. Erimus denique in Materia amplissima perquam breues, ut morem nunc in Academijs usitatum, quo post longam Dialecticam maioremque Physicam, paucis folijs absolvitur Metaphysica, sequamur.

### COGITATIO SACRO- NOVA VNICA.

**S**V B S T A N T I A reliquorum Prædicamentorum primum, alia est diuina in Christo & increata, creata alia, & humana. hæc à carne Virginea charta Virgo dici, auro potest illa, ineffabilis Maiestatis splendore, si parua licet componere magnis, adumbrari. Libri itaq; nostri CHRISTI CRUCIFIXI substantia, & aurea est pretio diuinitatis, & argentea carnis assumptæ Virgineo candore.

QVANTITAS alia est continua, discreta alia, Metaphysicæ nostræ quantitas continua habetur, & à longitudine lignearum, quibus compaq; est Tabularum S. Crucis, & à profundo coronæ spincæ, quæ ultra cranium penetravit, & à latitudine cla-

vorum, quibus tenerrima virgo charta expansa fuit in cruce, aut vulnerum ac cordis præsertim, quod dilatauit, vt totum conciperet amore mundum. Quantitas volui te congregare sub alas crucis, sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti. Quantitas discreta verò numerus est. Aiunt ex varijs Sanctorum relationibus constare, hunc librum conscripti esse sexages & bis mille lachrymis, guttis sanguinis vero trecentis & quinque supra nonages ac septies millenas, contusum ictibus in flagellatione 666, alapis 110, pulsatum centies & vigesies colla, caput octuagesies quinques, ventrem trigesies octies, humeros sexagesies bis, brachia quadragesies, ora trigesies; ad pedes abiectum, solisque afflatum centies septuagesies, in coronatione trecentis confixum punctis. Subtra-

*Subtrahis his numeris peccata tua; adde compassionem; multiplica dolorem; dividit singulas libri paginas, & quid in qualibet descriptum sit, diligenter numera, ac expende.*

**Q**UALITAS alia est, quæ sensibus obijcitur, alia quæ sensuum aciem effugit. Liber noster hanc duplici etiam gaudet, qualitate; est enim scriptus intus ac foris, has oculis patent literæ, illas intellegunt, teste S. Bernardo serm. i. de Refurr. bis verbis. Nam verè Christus est liber ille, quem Ioannes in sua Apocalypsi vidit, scriptus intus & foris, foris enim Christi vulnera cernimus, sed intus immensæ erga nos amoris incendiæ contemplamur. bunc docti, & indolentiæ vident, bunc omnes legunt, sed non eodem modo eius mysteriorum omnes intelligunt.

**R**EATIO P A R A D I E M N A T A L I S subdividitur in relationem fundatam, vel in unitatem, vel in actione, vel in mensura. Ad primum genus spectat identitas & specifica, similitudo, &c. magna est relatio similitudinis, aut per se identitatis inter Librum Iesum Crucifixum, & Librum Iesum natum. Vterque enim & Liber vite, & ex CHARTA VIRGINIS, tum aurea Diuinitatis, tum Humanitatis argentea supernaturali visionis hypostaticæ glutinæ compactus est, unus idemque utique AVTHOR Amor dominus, vterque cum licentie Patris eterni, ijsdem vterque SUMPTIBVS IESV Nazareni Regis Iudeorum in lucem prodige. Alter quidem prope Hierusalem in OFFICINA montis Calvarie, in Nazaretb alter, & OFFICINA semper Virgine fuit impressus: Hic FORMIS SPIRITVS Sancti, ille TYPIS impiorum Iudaorum; ille sanguinis sui purpureo CHARACTRB, tanquam RUBRICA, lacrymis ille fuit conscriptus, hunc BIBLIOPECI car-

nifices Crucis TABVLIS compegerant, illum VIRGO MATER linteis inuoluit. Magna ergo similitudinis relatio est, aut prope Identitas inter Librum Iesum natum, & Iesum crucifixum.

**A**ETIO & PASSIO in mea sententia realiter non distinguuntur, videamus actionem. Superbia spinam coronam capitii praefixit. Gula vacuum ebrietate sordore, & copite individuali, humorum affudere, altera fel, altera acetum. Avaritia Tunicam illi involucrum suum rapuit: Luxuria diuini huius Libri faciem fadis inquinauerat sputis, luto etiam ac cruce, innocentissimam insuper, & virginea illam chartam colaphis, & liuidâ contumione fugillabat. Discordia Tunicam involucrum eiusdem, quod Avaritia rapuit, dividere voluit, ac dilacerare. Ira extremitatem, manus videlicet, perforabat clavis: pedes, extremitatem alteram Pergratia confixit cruci. Inuidia demum confessio peccato, aperuit sinistrum Libri latum. Ex his actionibus facile coniuge possumus CRUCIFIXI passiones.

Quatuor adhuc supersunt predicationa, quæ eadem operâ breuiter euoluerunt. Locus, in quo venalis proponitur, mons Calvarie est; Tempus æstatis illius, quo impressus fuit, annus trigesimus tertius numeratur: SITV medius terram inter & cælum pependit. Habitum nudus, vt oculis legentium pateret, & quilibet ex hac Metaphysica discere posset CRUCIFIXI predicationa, atque in sui cordis membrana describere, & annotare.

Reliquum modò esset, vt de Deo ac Angelis principali Metaphysicas obiectione aliqua adderemus, & quæ de CHRISTO allegoricè scripsimus, sub alijs quoque alijs.

allegorijs prosequeremur, sed cùm hæc, & plurima sint, & viribus nostris maiora, ea, sicut alia innumera, ingenioso Lectori cogitanda relinquimus.

## COGITATIO ANTI- QVO PROFANA VNICA.

*An DEVS sit Author peccati.*

CONDONABÜT hodie Metaphysicæ nostræ, & Theologi & Physici quæstionē hanc; quam & hi & illi multis abhinc annis sibi examinandā suscepere; quamvis non vno tantum titulo Metaphysicæ quoque propria ea esse possit, nam & Authores grauissimi D E V M obiectum principalitatis huius scientiæ statuunt, & doctissimus Suarez de causis inter quæstiones Metaphysicas amplissimè disputation: quid ni ergo hoc in loco quætere licet, an D E V S sit Author peccati? quam quidem questionem ideo selegimus quia nulla occurrebat Metaphysicæ nostræ Chriſto Crucifixo, propter sceleranostra percusso conformior. Quare

Certum est I. D E V M immediatè cum creaturis influere in omnes earundem effectus; alioquin esset perfector dominus excogitabilis, ille videlicet, cui præter alios effectus dominij etiam hic competret, qui est, rem quamcunque immediatè destruere posse, quod fieri non potest, nisi subtraktione immediati concursus, ut consideranti patebit.

Certum est II. Eandem esse actionem

D E I & creature, quæ effectus ab utroq; immediatè dependet, nisi admittere velis, duplē actionem totalem, quod in nostris principijs etiam de potentia D E I absoluta repugnat, aut actionem ad actionem, quod longè grauius est absurdum.


Certum est III. Scientiam D E I medium non tollere libertatem, nihil enim ex suomet conceptu est sui ipsius destruendum, qualis foret Scientia media, si tolleret libertatem, cùm enim ipsius conceptus fundetur in hoc, quod est, cognoscere aequalium liberum, si huius libertatem tolleret, euerteret seipsum, quod repugnat; eodem iure nihil tollit libertatem, quod ad hanc scientiam consequitur, vt sunt decreta D E I seu concursus D E I in actu primo, sed hæc Theologis relinquimus.

Certum est IV. Causam per se esse illam, quæ ad effectum cum inclinatione concurrit. Econtra verò causam per accidens, quæ aut contra inclinationem, aut sine prævisione effectus concurrit. His præmissis ad questionem

Respondeo, D E V M non esse causam peccati, multò minus eius Authorem. Ratio est, quia nomen causæ absolute prolatum supponit pro suo significato principali, videlicet causam per se, qualis peccati causam D E V M non esse, patet ex præcedentibus. Cæterum nihil aliud restat, quam ut Tabulas prædicamentales sapientius promissas, reliquæ Metaphysicæ loco, subiungamus.

ORDO,


# ORDO, SEU TABULA PRÆDICAMENTALIS SUBSTANTIÆ.





# SERIES & PRÆDICAMENTUM QUANTITATIS.


Successiva temporis; sed hæc extensio hoc non pertinet.





# CATEGORIA QUALITATIS.

Potentialis, seu potentia, quae dat simpliciter posse.





# TABULA, SEU SERIES RELATIONUM.

TRANSCENDENTALIS, que huc non pertinet, & omnia praedicamenta pervagatur.

RELATIO ALIA EST.	In VNITATE ET NUMERO vel	Identitatis Diversitatis Similitudinis Dissimilitudinis  Equalitatis Inequalitatis	In Linea recta	Tercium, ia. Tritium, ia. Atum, ia. Abum, ia. Prorum, ia. Avus, ia. Pater Mater. Filius, ia Nepos, sic Pronepos, sic Abnepos, sic. Arnepos, sic Trinepos, sic.
	ACTIONE ET PASSIONE	Causarum in genere  Relatio Consanguinitatis vel	Collaterali vel	Equali  Inequali
	PRÆDICA- MENTALIS fundatur vel	Hominis in Specie & est vel		Frater Soror Patruelis Confobrini  Patronus Propatrum Amata Avunculus Matreresa;
				Privighes, gna Lovir Glos Sororia Fratria Sacer Sacra Gener Narm Vistrichus Noveres, &c.
		Societate & Scibilis		
	MENSURA ET M E N S V- R A T O	Propinquitatis & Distantiae loci  Propinquitatis & Distantiae tem- poris;		



# TABULA PASSIONIS ET ACTIONIS.

De i, eaque cum realiter non sit distincta ab actione creaturæ, ideo eodem modo in eadem genera ac varias species dividitur.

ACTIO ALIA EST	Spiritu- lis.	ANGELORVM	<i>Cognitiones</i> <i>Volitiones.</i>
		ANIMÆ rationalis separata.	
CREATVRÆ Vel	Cœlestis	Motus circularis.	
		Influxus.	
Corpo- ræ		ELEMENTORVM	Motus localis secundum lineam rectam
		ET MINERALIVM	Alteratio &c.
	Subluna- ris	PLANTARVM.	Huc pertinent omnes operationes Arborum, Fructuum Herbarum.
		BRVTO RVM	<i>Sensus communis</i> <i>Internus</i> seu <i>Phantasia</i> <i>Memoria materialis</i> <i>Sensus Externus, Visus, Auditus, Tactus, Olfactus, Gustus,</i> <i>Appetitus</i> <i>Operationes variæ pro varietate specierū, hinnitus rugitus &amp;c.</i>
		Externa	<i>Locutio</i> <i>Ritus</i> <i>Flesus &amp;c.</i>
		Intelle- ctuales	<i>Rerum apprehensio</i> <i>Iudicium immediatum</i> <i>Discursus</i> <i>Memoria Spiritualis.</i>
HOMINIS cuius actiones sunt, vel	Appeti- tiue, seu Passio- nes	Appetitius Simplices	<i>Appetitus</i> <i>Concupiscibilis ut Amor, Odium, &amp;c.</i>
Inter- næ vel		Irafcibilis	<i>Boni sens.</i> <i>Spes.</i> <i>Leper.</i> <i>Malii sens.</i> <i>Timor.</i> <i>Audac.</i> <i>Ira.</i>
			Compositæ, quæ videlicet ex varia simplicium passionum combinatione componuntur. v. g. <i>Zelotypia</i> quæ est composta ex amore, timore & dolore. <i>Compas-</i> <i>sio</i> ex dolore & timore. <i>Æmula-</i> <i>tio</i> ex dolore, & desiderio & sic de aliis.
	Voli- tive	Virtus	<i>Religio</i> <i>Prudentia, Injustitia, Temperantia, Fortitudo.</i>
		Vitium prædictis virtutibus oppositum	

PASSIONIS. Tabula non est alia quam actionis, cum in mea sententia realiter identificantur.



# PRÆDICAMENTVM VBI

VBI ALIVD EST	Intra secum	Circumscriptivum Definitivum Materialis Spirituale, &c.	A S I A Cuius limites sunt Ab Ortu Oceanus Chinensis Ab Occasu Tanae Fluvius A Septentrione Oceanus Tartaricus A Meridie Mare Indicum Eius Regiones sunt	Moscovia, & Tartaria Asiatica. Asia minor. Syria, Arabia, Armenia, &c.
	Extrinsecum	Caelite	EVROPA Cui ab Ortu est Tanae Fluvius Ab occasu Oceanus Atlanticus A Septentrione, Terra Subboralis Ab Austro Mare Mediterraneum. Eius Regiones alias sunt	Peria India I. Orientales, vt Hungaria, Dacia, &c. II. Meridionales, vt Italia, Illyricum, &c. III. Occidentales, vt Hispania, Gallia, &c. IV. Septentrionales, vt Dania, Suecia, &c. Inferior V. Germania In meditullio Europea alia est
Terrestre	Sublunare	Aqueum, Aerium, Ignem.	A F R I C A Ab ortu habet Mare Rubrum Ab occasu Oceanum Atlanticum A Septentrione Mare Mediterraneum A Meridie Oceanum Ethiopicum Dividitur in Regna	Superior in 6. circulos divisa Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalicum, Saxonum.
			A M E R I C A terminos habet ab Oriente Oceanum, Atlanticum, & Ethiopicum, ab Occidente mare Pacificum, à Septentrione Terram Sub- borealem, à meridie Terram Subaustraliam. Dividitur in Septentriona- lem & Meridionalem TERRA SVBBOREALIS ac SVBAUSTRALIS maiori ex parte sunt incognitæ.	Numidiam Mauritaniam Cyrenaicam Marmaricam Libyam Egyptum Ethiopiam &c.

(6)



# LINEA PRÆDICAMENTALIS TEMPORIS, SITUS, & HABITUS

		Infinitum seu <b>ÆTERNITAS DEI</b> Glorios.																			
QVANDO SEV TEMPVS ALIVD EST	Intrinsicum Finitum	<table border="0"> <tr> <td>Præteritum</td> <td>Inanimatorum, ut <i>Elementorum, mineralium.</i></td> </tr> <tr> <td>Præsens</td> <td><i>Vegetativorum,</i></td> </tr> <tr> <td>Futurum</td> <td><i>Sensitivorum,</i></td> </tr> <tr> <td>Irem</td> <td><i>Infantia</i></td> </tr> <tr> <td>Spirituale</td> <td><i>Pueritia,</i></td> </tr> <tr> <td>Materiale</td> <td><i>Adolescentia,</i></td> </tr> <tr> <td>Animas torum</td> <td><i>Invenitum,</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>Virilis etas, senectus, &amp;c.</i></td> </tr> </table>	Præteritum	Inanimatorum, ut <i>Elementorum, mineralium.</i>	Præsens	<i>Vegetativorum,</i>	Futurum	<i>Sensitivorum,</i>	Irem	<i>Infantia</i>	Spirituale	<i>Pueritia,</i>	Materiale	<i>Adolescentia,</i>	Animas torum	<i>Invenitum,</i>		<i>Virilis etas, senectus, &amp;c.</i>			
Præteritum	Inanimatorum, ut <i>Elementorum, mineralium.</i>																				
Præsens	<i>Vegetativorum,</i>																				
Futurum	<i>Sensitivorum,</i>																				
Irem	<i>Infantia</i>																				
Spirituale	<i>Pueritia,</i>																				
Materiale	<i>Adolescentia,</i>																				
Animas torum	<i>Invenitum,</i>																				
	<i>Virilis etas, senectus, &amp;c.</i>																				
	Extrinsicum	<table border="0"> <tr> <td>Motus Solis</td> <td> <table border="0"> <tr> <td><i>Annum</i></td> <td><i>Dierum 365.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Menstruum</i></td> <td><i>Dictum 30. circiter</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>Diuersus 24. horarum, hoc motu ab ortu in occasum omnia moven-</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>tur Sideta ferè sequentes.</i></td> </tr> </table> </td></tr> <tr> <td></td><td></td><td> <table border="0"> <tr> <td>Motus Luna diebus 27. &amp; horis octo ferè.</td> </tr> <tr> <td>Motus Veneris ac Mercurij eodem ferè tempore cum Sole, integro videlicet anno.</td> </tr> <tr> <td>Motus Martis duobus ferè annis terminatur.</td> </tr> <tr> <td>Motus Iovis est annorum ferè duodecim.</td> </tr> <tr> <td>Motus Saturni le extedit ad annos circiter triginta.</td> </tr> <tr> <td>Motus Cœli et avi absoluntur annis 25798. &amp; diebus ferè 110. secundum Copernicum.</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Motus Solis	<table border="0"> <tr> <td><i>Annum</i></td> <td><i>Dierum 365.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Menstruum</i></td> <td><i>Dictum 30. circiter</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>Diuersus 24. horarum, hoc motu ab ortu in occasum omnia moven-</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>tur Sideta ferè sequentes.</i></td> </tr> </table>	<i>Annum</i>	<i>Dierum 365.</i>	<i>Menstruum</i>	<i>Dictum 30. circiter</i>		<i>Diuersus 24. horarum, hoc motu ab ortu in occasum omnia moven-</i>		<i>tur Sideta ferè sequentes.</i>			<table border="0"> <tr> <td>Motus Luna diebus 27. &amp; horis octo ferè.</td> </tr> <tr> <td>Motus Veneris ac Mercurij eodem ferè tempore cum Sole, integro videlicet anno.</td> </tr> <tr> <td>Motus Martis duobus ferè annis terminatur.</td> </tr> <tr> <td>Motus Iovis est annorum ferè duodecim.</td> </tr> <tr> <td>Motus Saturni le extedit ad annos circiter triginta.</td> </tr> <tr> <td>Motus Cœli et avi absoluntur annis 25798. &amp; diebus ferè 110. secundum Copernicum.</td> </tr> </table>	Motus Luna diebus 27. & horis octo ferè.	Motus Veneris ac Mercurij eodem ferè tempore cum Sole, integro videlicet anno.	Motus Martis duobus ferè annis terminatur.	Motus Iovis est annorum ferè duodecim.	Motus Saturni le extedit ad annos circiter triginta.	Motus Cœli et avi absoluntur annis 25798. & diebus ferè 110. secundum Copernicum.
Motus Solis	<table border="0"> <tr> <td><i>Annum</i></td> <td><i>Dierum 365.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Menstruum</i></td> <td><i>Dictum 30. circiter</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>Diuersus 24. horarum, hoc motu ab ortu in occasum omnia moven-</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td><i>tur Sideta ferè sequentes.</i></td> </tr> </table>	<i>Annum</i>	<i>Dierum 365.</i>	<i>Menstruum</i>	<i>Dictum 30. circiter</i>		<i>Diuersus 24. horarum, hoc motu ab ortu in occasum omnia moven-</i>		<i>tur Sideta ferè sequentes.</i>												
<i>Annum</i>	<i>Dierum 365.</i>																				
<i>Menstruum</i>	<i>Dictum 30. circiter</i>																				
	<i>Diuersus 24. horarum, hoc motu ab ortu in occasum omnia moven-</i>																				
	<i>tur Sideta ferè sequentes.</i>																				
		<table border="0"> <tr> <td>Motus Luna diebus 27. &amp; horis octo ferè.</td> </tr> <tr> <td>Motus Veneris ac Mercurij eodem ferè tempore cum Sole, integro videlicet anno.</td> </tr> <tr> <td>Motus Martis duobus ferè annis terminatur.</td> </tr> <tr> <td>Motus Iovis est annorum ferè duodecim.</td> </tr> <tr> <td>Motus Saturni le extedit ad annos circiter triginta.</td> </tr> <tr> <td>Motus Cœli et avi absoluntur annis 25798. &amp; diebus ferè 110. secundum Copernicum.</td> </tr> </table>	Motus Luna diebus 27. & horis octo ferè.	Motus Veneris ac Mercurij eodem ferè tempore cum Sole, integro videlicet anno.	Motus Martis duobus ferè annis terminatur.	Motus Iovis est annorum ferè duodecim.	Motus Saturni le extedit ad annos circiter triginta.	Motus Cœli et avi absoluntur annis 25798. & diebus ferè 110. secundum Copernicum.													
Motus Luna diebus 27. & horis octo ferè.																					
Motus Veneris ac Mercurij eodem ferè tempore cum Sole, integro videlicet anno.																					
Motus Martis duobus ferè annis terminatur.																					
Motus Iovis est annorum ferè duodecim.																					
Motus Saturni le extedit ad annos circiter triginta.																					
Motus Cœli et avi absoluntur annis 25798. & diebus ferè 110. secundum Copernicum.																					

		Cœlestium, pendere supra Elementa																																
SITVS ALIVS EST	Naturalis	<table border="0"> <tr> <td>Idanimatorum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Terra &amp; Mineralium iacere circa centrum.</td> </tr> <tr> <td>Aqua fluere supra Terram.</td> </tr> <tr> <td>Aëris volitare super Terram &amp; Aquam.</td> </tr> <tr> <td>Ignis &amp; planarum sursum erigi.</td> </tr> </table> </td></tr> <tr> <td></td><td>Sublunarium</td><td></td></tr> <tr> <td></td><td>Fortuitus</td><td> <table border="0"> <tr> <td>Animatorum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Stars,</td> </tr> <tr> <td>Sedere,</td> </tr> <tr> <td>Iacere,</td> </tr> <tr> <td>Accumbere, &amp;c.</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> <tr> <td>HABITVS ALIVS EST</td><td></td><td> <table border="0"> <tr> <td>Indumentum, ut <i>Tunica, Calceario, &amp;c.</i></td> </tr> <tr> <td>Ornamentum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Militare</td> </tr> <tr> <td>Seculare</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table></td></tr></table>	Idanimatorum	<table border="0"> <tr> <td>Terra &amp; Mineralium iacere circa centrum.</td> </tr> <tr> <td>Aqua fluere supra Terram.</td> </tr> <tr> <td>Aëris volitare super Terram &amp; Aquam.</td> </tr> <tr> <td>Ignis &amp; planarum sursum erigi.</td> </tr> </table>	Terra & Mineralium iacere circa centrum.	Aqua fluere supra Terram.	Aëris volitare super Terram & Aquam.	Ignis & planarum sursum erigi.		Sublunarium			Fortuitus	<table border="0"> <tr> <td>Animatorum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Stars,</td> </tr> <tr> <td>Sedere,</td> </tr> <tr> <td>Iacere,</td> </tr> <tr> <td>Accumbere, &amp;c.</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Animatorum	<table border="0"> <tr> <td>Stars,</td> </tr> <tr> <td>Sedere,</td> </tr> <tr> <td>Iacere,</td> </tr> <tr> <td>Accumbere, &amp;c.</td> </tr> </table>	Stars,	Sedere,	Iacere,	Accumbere, &c.	HABITVS ALIVS EST		<table border="0"> <tr> <td>Indumentum, ut <i>Tunica, Calceario, &amp;c.</i></td> </tr> <tr> <td>Ornamentum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Militare</td> </tr> <tr> <td>Seculare</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table>	Indumentum, ut <i>Tunica, Calceario, &amp;c.</i>	Ornamentum	<table border="0"> <tr> <td>Militare</td> </tr> <tr> <td>Seculare</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table>	Militare	Seculare	<table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Non militare	Ecclesiasticum	<table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table>	Religiosum	Non Religiosum
Idanimatorum	<table border="0"> <tr> <td>Terra &amp; Mineralium iacere circa centrum.</td> </tr> <tr> <td>Aqua fluere supra Terram.</td> </tr> <tr> <td>Aëris volitare super Terram &amp; Aquam.</td> </tr> <tr> <td>Ignis &amp; planarum sursum erigi.</td> </tr> </table>	Terra & Mineralium iacere circa centrum.	Aqua fluere supra Terram.	Aëris volitare super Terram & Aquam.	Ignis & planarum sursum erigi.																													
Terra & Mineralium iacere circa centrum.																																		
Aqua fluere supra Terram.																																		
Aëris volitare super Terram & Aquam.																																		
Ignis & planarum sursum erigi.																																		
	Sublunarium																																	
	Fortuitus	<table border="0"> <tr> <td>Animatorum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Stars,</td> </tr> <tr> <td>Sedere,</td> </tr> <tr> <td>Iacere,</td> </tr> <tr> <td>Accumbere, &amp;c.</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Animatorum	<table border="0"> <tr> <td>Stars,</td> </tr> <tr> <td>Sedere,</td> </tr> <tr> <td>Iacere,</td> </tr> <tr> <td>Accumbere, &amp;c.</td> </tr> </table>	Stars,	Sedere,	Iacere,	Accumbere, &c.																										
Animatorum	<table border="0"> <tr> <td>Stars,</td> </tr> <tr> <td>Sedere,</td> </tr> <tr> <td>Iacere,</td> </tr> <tr> <td>Accumbere, &amp;c.</td> </tr> </table>	Stars,	Sedere,	Iacere,	Accumbere, &c.																													
Stars,																																		
Sedere,																																		
Iacere,																																		
Accumbere, &c.																																		
HABITVS ALIVS EST		<table border="0"> <tr> <td>Indumentum, ut <i>Tunica, Calceario, &amp;c.</i></td> </tr> <tr> <td>Ornamentum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Militare</td> </tr> <tr> <td>Seculare</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table>	Indumentum, ut <i>Tunica, Calceario, &amp;c.</i>	Ornamentum	<table border="0"> <tr> <td>Militare</td> </tr> <tr> <td>Seculare</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table>	Militare	Seculare	<table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Non militare	Ecclesiasticum	<table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table>	Religiosum	Non Religiosum																					
Indumentum, ut <i>Tunica, Calceario, &amp;c.</i>																																		
Ornamentum	<table border="0"> <tr> <td>Militare</td> </tr> <tr> <td>Seculare</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table> </td></tr> </table>	Militare	Seculare	<table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Non militare	Ecclesiasticum	<table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table>	Religiosum	Non Religiosum																									
Militare																																		
Seculare	<table border="0"> <tr> <td>Non militare</td> </tr> <tr> <td>Ecclesiasticum</td> <td> <table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table> </td></tr> </table>	Non militare	Ecclesiasticum	<table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table>	Religiosum	Non Religiosum																												
Non militare																																		
Ecclesiasticum	<table border="0"> <tr> <td>Religiosum</td> </tr> <tr> <td>Non Religiosum</td> </tr> </table>	Religiosum	Non Religiosum																															
Religiosum																																		
Non Religiosum																																		

(7)



# T A B U L A S Y L L O G I S T I C A.

<b>S Y L L O -</b> <b>G I S M V S</b> est oratio in qua quibusdī po- sitio, aliud quiddam ab iis, que posita sit, necessariò accidit, et quod hoc sunt. <b>R I P P R I N -</b> <b>C I P I A</b> sunt, alia	<b>latin-</b> <b>seca</b>	<b>Materi- alia</b>	<b>Remota, 3 Ter- mini, qui sunt</b>	<b>Maxim Exremum, quod in 1. Fig. predicatur in premisso, in Secunda verē, &amp; tertia in Conclusionē.</b>			
				<b>Minimus Exremum, quod subiicitur in 1. Fig. in Prem. in 2. &amp;c. in Concl.</b>			
<b>Forma- lia</b>	<b>Modus est dispositio propo- sitionis secundum Quantitatem &amp; Qualitatem, sunt autem 19. alij</b>	<b>Prima, in qua medium semel subiicitur, &amp; semel Secundum subiictionem &amp; predicationem</b>	<b>Principia</b>	<b>Medius Terminus est, qui bis positur in ant. &amp; nunquam in Concl.</b>			
				<b>Figura, que est dispositio 3. Terminorum</b>			
<b>Diligentia</b>	<b>Valens- falla</b>	<b>Metaphysica</b>	<b>In 1. Fig. Barbar., Celarent., Darij., Ferio.</b>	<b>Prima, in qua unum extremum predicatur de alio.</b>			
				<b>In 2. Fig. Cesare., Cambar., Peccato., Baroco.</b>			
<b>Extrin- seca</b>	<b>Particularia</b>	<b>Conversione</b>	<b>In 3. Fig. Darapti., Felapton., Disamis., Datisi., Bocardo., Ferison.</b>	<b>Secunda, in qua Medium bis subiicitur.</b>			
				<b>In directo in 1. Fig. Paralip., Celantes., Dabitis., Fapo- mo., Fris., sicut dicti, quia minus extrema concin- ditus de majore.</b>			
<b>Per Exponitio- nem</b>	<b>Per Reductio- mem offen- sivam, Quia sit</b>	<b>Affumpcio- ne &amp; Omissione,</b>	<b>Pro 1. Fig. Major sit minor, ut sit contradicatio Major.</b>	<b>DICTVM d. OMNI, quidquid diciatur de subiecto omniner- Logica, saliser sumpto, negatur de quolibet, contento sub illo.</b>			
				<b>Excise Colantes, in quo converguntur ordo.</b>			
<b>Per Reductio- mem ad impossibile Quia sit</b>	<b>Per Reductio- mem ad impossibile Quia sit</b>	<b>quamnam verē premissarum debet omitti, docent adjuncti</b>	<b>Pro 2. Fig. Maiorem variat, servatque Secunda minorem.</b>	<b>Pro 2. Fig. Maiorem variat, servatque minorem.</b>			
				<b>Pro 3. Fig. Tertia maiorem variat, servatque minorem.</b>			
<b>[Per Exponitio- nem, quando videlicet modus Terminus communis mutatur in singulararem.</b>							
<b>Præterea notandi sunt adscripti versus, quibus explicatur, quid vocales 19. modorum, &amp; quae nam in iis contente consonantes denotant.</b>							
<b>Affirat A, negat E, sed universaliter ambo. Affirat I, negat O, sed particulariter ambo. Fecit simpliciter convertitur, Eva per accid. M uult transponi, C per impossibile ducit.</b>							

( 5 )









May 10 1977

